Scindo ſcindis ſcidi: ſciſſum per duplex ſſ. ſignificat findo: frango. Virg. Scinditur in certum ſtudia in contraria vulgus. Huius verbi cõpoſita ſunt Abſcĩdo: Conſcindo. Hiero. ad Cteſi. In mẽtem tibi veniat tunicã ſaluatoris: noc a militibus fuiſſe conſciſſam. Diſſcindo varie ſcindo. Terẽ. in Eu. Veſtẽ oẽm miſere diſſcidit. Interſcindo per mediũ ſcindo. Lactã. lib. de opi. Labra ipſa quę quaſi antea coherebant q̃ decẽter interſcidit. Proſcindo valde vel vltra ſeu ſubtus ſcindo. Reſcindo. de quibus alibi.

Sciſſile pe. cor. quod ſcindi poteſt.

Sciſſio: ſciſſura: ⁊ ſciſſus us: idẽ ſignificãt. Varro. Sciſſu materie fatigatus quieſcebat lectulo.

Scintilla: quaſi ſcindilla: ꝙ ſcindatur a re ignita. Vide in dictione Fauilla.

Scintillo as: ſplendeo/ mico.

Scylla: ſaxum in mari periculoſum mare faciẽs nautis Unde eſt illud. Decidit in ſcyllam cupiẽs vitare charybdim. Eſt ⁊ Scylla nomẽ filię Nyſi Megarenſiũ regis: que Minois amore capta ſed ab ipſo ſpreta cum ex dolore defeciſſet: in auem ſui nominis mutata eſt. Ouidius. Filia purpureos Nyſi, furata capillos Puppe cadens nauis: facta refertur auis. Altera fuit ſcylla Phorci filia: que verſa fertur in ſaxum cui nomen eſt Scylla in mari periculoſum: lege Seruium: qui latius eas pertractat. Item ſcylla genus piſcis: quo maxime abũdat Lyris amnis Campanię Minturneſium vrbem interfluẽs. Horatius. Affertur ſcyllas inter murena natantes. Mar. Cerulęus nos lyris amat quem ſylua marice Protegit: hinc ſcylle maxima turba ſumus. Item ſcylla ſtirpis ſpecies eſt. Ariſtoteles libro. j. de vegetantibus. Quedam inquit habent vnam tantuʒ radicem vt Scilla: quia illa naſcitur ex ſolo raro: proceditq; inferne dilatando ſe. Rurſus Scylla eſt genus cępe. Col. li. vij. Sed etiam remedio cum dulci vino tritum ſerpilluʒ et conciſa ⁊ in aqua macerata ſcylla. Suidas. σκιλλα ειΔοσ βοΓαρησ πικρασ και θαρα Γηφορουσ Γοισ εσθιουσι.

Scylleta: loca in quibus ſcylle piſces capiuntur. Cice. Hac lege tribunitia decẽ viri vẽdẽt agrũ cãpanũ: accedet ei mõs caurus: accedẽt ſcylleta ad minturnas.

Scylleuʒ ꝓmontorium in peloponneſo: vt Pli. Straboq; teſtant̃: ſed ſinu Argolico iuxta Hermionẽ quo Scylla niſi filia fluctibus eiecta creditur.

Scyllaceũ athenienſiũ colonia in vltimo italie ab athenienſibus dũ cõderent ſcylletium dictuʒ a quo ſinus ſyllaceus: qui hippomatẽ ſinũ iſthmũ facit. Virg. li. iij. Cauloniſq; arces ⁊ naufragũ ſcyllaceũ.

Scyllus untis: oppidũ achaię vt Strabo ſcribit quo xenophon donatus eſt a Lacedemoniis. Scyllus ſcylli proprium nomen fratris dipeli.

Scyphus vaſis potorii genus: qđ ꝓprie Herculi attribuitur: ſicut Cãtharus libero patri. Hoc veteres in ſacris vſi ſunt ⁊ in conuiuiis. Virgilius. Et ſacer impleuit dexteram ſcyphus.

Scyron latro fuit: cuius oſſa cum in mare cecidiſſent: in ſcopulos conuerſa ferunt̃: que adhuc Scyronia ſaxa vocant̃. Sunt autẽ in attica regione ſimul cum oppido eiuſdẽ nominis non longe a Megaris iuxta mare: ita ſita vt tranſitũ non relinquant. Hinc Athenienſes ventum ab his locis flantem ꝓcelloſum ſcyronẽ appellant quoniã ſpirat a ſaxis que Scyron latro incoluit. Hic paulo ab Argeſte deflexus eſſe dicit̃: qui ⁊ Olympius vocatur: ⁊ a nõnullis Helleſpontius Seneca libro. iiij. naturalium queſtionũ. Atabulus Apuliam infeſtat: Calabriam Iapyx: Athenas Scyron. Galliam Circius. Scirron vero per duplex rr. Nam grece σκηρρου ſcribitur: eſt illud qđ ignit̃ in ventre viri. Hoc ſplenis hepatiſq; vitio exuberat preſertim in hydropicis.

Scirron. Vide in dictione Scyron: de quo modo.

Scyros inſula eſt contra Magneſiam in mari ęgeo vna ex cycladib⁹: Lycomedis regis patria: vbi achilles puerili habitu educatus eſt: ⁊ in qua eſt vrbs eiuſdem nominis. Patet hec inſula Plinio teſte longitu

dine.xxv. Mil. paſſuum ex qua lapidem integrũ fluctuare trãdunt: eundez cõminutũ mergi. Hinc Scyrius ſcyria ſcyrium: ⁊ Scyrias: quorũ prima ꝓducit Ouidius. Sepe malis ſtupeo: rerumqꝫ oblita lociqꝫ Ignara tetigi ſcyria mẽbra manu. Idẽ lib.j. de arte. Scyrias hemonio iuncta puella viro. Sunt aũt tres nominibus confines inſulę. Scyros Scyrnus ⁊ ſcyrus. ex qua Pherecides: ne errent qui aut ſcyrium aut ſyrum quaſi e terra ſyria ſcripſere. Dicta eſt autẽ Scyros: quia σκιρος dicitur ſalebra ⁊ aſperitas: vt inquit Euſtathius.

Scythia: regio ſeptẽtrionalis: a Scytha Herculis filio: vt inquit Herodotus: ita dicta. Hęc diuiditur a Tanai fluuio: ⁊ pars vna remanet in Europa: altera in Aſiam ꝓtenditur. Scythia Europe terminatur ad Thraciam: in ea ſolum eſt aurum ꝓducens vt Pompo. refert: inhabitabile tamẽ ꝓpter Gryphos auruz custodiẽtes: In ea regione ſunt Arimaſpi homines quibꝰ ſinguli oculi eſſe dicũtur. ibi Boriſthenes qui gẽtem ſui nominis alluit inter ſcythie amnes amęniſſimus. Scythia vero Aſię ita a iuſtino libro.ij. deſcribitur. Scythia in orientẽ porrecta includitur ab vno latere ponto et ab altero montibus ripheis: a tergo Aſia ⁊ Taſi flumine. Multum in longitudinem ⁊ latitudinez patet. Hominibus inter ſe fines nulli: neqꝫ enim agrum exercẽt: nec domus illis vlla aut tectum aut ſedes eſt: armenta ⁊ pecora ſemper paſcentibus: ⁊ per incultas ſolitudines errare ſolitis. Vxores liberoſqꝫ ſecum in plauſtris vehunt. Quibus coriis hymbrium hyemiſqꝫ cauſa tectis pro domibus vtũtur. Iuſticia gentis ingeniis culta non legibus. Nullũ ſcelus apud eos furto grauius. Quippe ſine tecto ⁊ munimẽto pecora armenta habẽtibus quid ſaluuz eſſet: ſi furari liceret? Aurũ ⁊ argentũ proinde aſpernantur: qđ reliqui mortales appetunt. Lacte ⁊ melle veſcũtur. Laneus vſus ac veſtiũ ignotus. Et quãqꝫ cõtinuis frigoribus vrantur: pellibus tamẽ ferinis aut murinis veſtiuntur. Hęc continentia illis morũqꝫ iuſticiam dedit: nec alienum concupiſcentibus: quippe diuitiarum cupido ibi eſt vbi ⁊ vſus. Atqꝫ vtinam reliquis mortalibꝰ ſimilis moderatio ⁊ abſtinẽtia alieni foret: profecto non belloꝝ tantũ per oĩa ſecula terris omnibus continuaretur: neqꝫ plus hominũ ferrũ et arma qꝫ naturalis fatorum conditio raperet. Scythe ab alieno imperio aut intacti aut inuicti mãſerũt Darium regem perſarum turpi a ſcythia ſũmouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexãdri magni ducem cum copiis vniuerſis deleuerunt. Romanorum audiuere non ſenſere arma. Gens ⁊ laboribus ⁊ bellis aſpera. Vires corporum imenſę. Inde dicti ſunt ſcythe populi qui bipertiti ſunt. Alteri Europei: alteri Aſiatici. A ſcythia fit Scythicus a um. Apul. Pleriqꝫ eoꝝ ſchtyicis moribus viuebãt.

Scythotauri populi ſcythie qui vt Solinus ſcribit ꝓ hoſtiis aduenas cedere conſueuerũt.

Scytos: latine coriũ. Vñ ſcytotomꝰ: cerdo inciſor corii.

Scytala: mus araneus latine dicitur. Col.li.vij. Mus araneus: gręci σκυταλην appellant.

Scytrops ⁊ ſcytropus penultima producta triſtem meſtumqꝫ ſignificat.

Sciopodes penultima correpta. Vmbripedes dicuntur: homines indici ſingulis cruribus mire pernicitatis ad ſaltum: ſic dicti ꝙ in maiore ęſtu humi iacentes σκιοποδοσ hoc eſt vmbra pedis ſe ꝓtegãt. Aug. lib.xvj. de ciuitate dei. Ferunt eſſe gentem vbi ſingula crura in pedibus habent: nec poplitem flectunt: et ſunt mirabilis celeritatis: quos ſciopodas vocant: ꝙ per ęſtum in terra iacentes reſupini vmbra ſe peduz protegant.

Scio is: ſciui ſcituz: futuro ſciam ⁊ ſcibo. Terẽ. in adel. Hinc ſcibo iam vbi ſiet. Et proprie ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere. Huius cõpoſita ſunt Aſſcio: adſcio: cõſcio: deſcio: neſcio: perſcio: ⁊ reſcio. A quibus aſſciſco: conſciſco: deſciſco: pręſciſco: et reſciſco. De quibus alibi.

Scire vti foro eſt ſe accõmodare ad mores aliorum nec eorum opinioni ſtudiiſqꝫ aduerſari. Dona. vñ Sciſti vti foro. i. ſcis quid facere oportet.

Sciẽtia: a participio ſciens fit. Ambro. Cur eſtimabas ꝙ ad ſcientiã meã que gereres non peruenirent. Eſt autem ſcientia qua aliquid ſcitur. Cuius contrarium eſt Inſcientia. Col. lib.iiij. Queruturqꝫ non reſpondere ſibi vineta que per auariciam vel inſcientiã vel negligentiam perdiderunt. Hęc etiam inſcientia dicitur: vt apud eundem. Nam plurimos per hãc inſciẽtiam vaſtare vineta comperi.

Scitus dicitur: qui ſciens ⁊ argutus eſt: ⁊ vulgo dicitur ſaputus. Vnde Scite platonis interrogatiões dicũtur aſtute ⁊ vafre: ⁊ magna arte compoſite. Terẽ. in Eu. Scitum hercle hominẽ: hic ꝓrſus ex ſtultis inſanos facit. Cice. Lel. Scitũ eſt illud Catonis. Multo melius de quibuſdã acerbos inimicos mereri: qꝫ eos amicos qui dulces videantur. Interduz Scitus dicitur elegãs: formoſus. Tereñ. in And. Scitus puer natus e Pamphilo eſt. Plau. in amp. Hęc nox ſcita eſt exercẽdo ſcorto ꝯducto male. Huic ꝯtrariũ ẽ Inſcitꝰ penul. producta qđ modo ꝓ ignorante ⁊ imprudente ponitur: vt apud Terẽ. in Hecy. Nã ſi id nũc facis factura ve es: bonꝰ qđ par eſt facere inſcitũ offerre tibi iniuriã me imerenti iniquũ eſt. Modo ꝓ ineleganti vt apud apl̃m Iacobũ. Suſcipite inſcite verbum qđ poteſt ſaluare animas veſtras.

Scite aduerbiũ ſignificat doctę artificioſeqꝫ ſeu cuz bona ſciẽtia vel cũ bona ratione. Gel. Scite ſubtiliterqꝫ ratiocinatũ Pythagoram philoſophum dicit. Col. lib.v. contrariũ poſuit. Nam id plurimum refert inſcite non facere.

Scitum ſubſtantiuũ ſignificat decretum. Liuius. lib.j. Cetera quoqꝫ omnia publica priuataqꝫ ſacra pontificis ſcitis ſubiecit. Hiero. Quare diſcipulos meos arguendos creditis: ꝙ ſeniorum iuſſa paruipendant: vt dei ſcita cuſtodiãt. Hinc plebeſcitum plebis ſtatutum. Cice. lib.j. ad Herẽ. In rem cõfert vt ſi quis ex teſtamẽto qđ facere iuſſus eſt: ex plebeſcito veretur.

Sciens feci. Inſciens feci. Illud eſt qđ cum facerem aliquid ſciui me facere hoc autem ignoraui. Scienter feci. i. cum ſcientia ⁊ doctrina feci. ſemperqꝫ in laudem Inſcienter ſemꝑ vituperabile.

Scius: qui ſcit. a quo Cõſcius: inſcius: neſcius ⁊ pſcius.

Sciolus diminutiuum eſt: ⁊ ſumitur pro aliquantulum docto. Hierony. in prologo Danielis. Qui mihi videbar ſciolus: inter hebreos: cępi rurſus diſcipulus eſſe chaldaicus.

Sciſco is ⁊ ſciſcor deponẽs: vt inquit Priſcianus. Vñ et ſciſcito as: ⁊ ſciſcitor deponẽs idem ſignificans qđ ſcitor: ⁊ magis in vſu eſt. Plau. in capti. Secede huc Nam ſunt quę ex te ſolo ſciſcitari volo: quarũ rerum te falſiloquũ eſſe nolo. Sciſcito tamen apud antiqs ſignificat ſententiã dico. Sciſcere vñ eſt ſcire. Idem in Amphi. Ocius accurro vt ſciſcã qđ velit. Aliquãdo etiam ponitur pro ſtatuere: decernere. Idẽ in Cur. Rogationes plurimas propter vos populus ſciuit quas vos rogatas rumpitis.

Scitor aris: depo. iterrogo ſeu inueſtigo: q̃ occulta magis ac ſecretiora ſunt. Virgi. Suſpenſi eurypilũ ſcitatum oracula phebi Mittimus. Sed in raro vſu eſt: niſi apud poetas.

Scipio africanus qui Carthaginẽ tributariaz romanis fecit. Scipio minor qui carthaginem deleuit: ⁊ Numantiã deuicit. Conſtat familię Corneliorũ cogno-

mentũ Scipionum inditũ eſſe ex eo ꝙ Cornelius qui patrem luminibus carentem pro luminibus regebat Scipio cognominatus: nomen ex cognomine poſteris dedit. Scipio enim virga ſiue baculus dicitur.

Scyrite gẽtes ſunt inter nomadas indos ſecuti Plini⁹ lib. vij. refert que nariũ loco foramina tantũ habent.

Scobs feminini generis ſm̃ Priſcianũ. vel hic ſcobis ſm̃ Phocam. Et eſt id qđ ab aliqua materia minutiſſimũ decidit: dũ vel per ſerram ſecatur: vel per terebram perforatur: necnon ex attritione laterum ſcobs habetur: qua frequenter ad metalla ⁊ pauimenta tergenda ſeduli miniſtri vtuntur. Horatius in Ser. Uilibus in ſcopis in napis in ſcobe quantus Conſiſtit ſumptus neglectis flagitiũ ingens. Ten lapides varios lutulenta radere palma. Plinius lib. xxxiiij. Alij elimatam ſcobem in fictili cado coquunt in caminis donec percoquatur figilinum.

Scobina pe. ꝓducta liminatura que etiaȝ ſcobs dicit̃. Inde Deſcobinatus ꝓ ſaucio abraſo ⁊ deſecto. Sũt etiam qui ſcobinam dicant inſtrumentũ fabrile: quo arcus pręcipue leuigantur.

Scolopendra: animal e vermibus terre piloſuȝ multis pedibus arcuatim repens: tactuq; contrahens ſe: qđ ab alijs multipeda: ab alijs centipeda: ab alijs millepeda dicitur.

Scolecia genus eruginis a ſpecie vermiculorũ Gręce enim σκωληκιον dicit̃ vermiculus.

Scomma: latine cauillum. Nam vt Macro. inquit eſt morſus figuratus qui ſepe fraude vel vrbanitate tegitur: vt aliud ſonet: aliud intelligat: nec tamen ſemꝑ ad amaritudinẽ pergit. Ledria ꝟo exprobratio eſt ac directa cõtumelia: vt Nicarchus ει μεφιλεισ μισεισ μεειμισεισ συφιλεισ με κειλε μεμημησισ φιλτατε μημεφιλει.

Scombrus genus piſcis marini: cui in aquis ſulphure⁹ color eſt extra aquã qui ceteris. Scombrorum tanta multitudo in freto hiſpano eſt: vt inſula ad Carthaginem nouam ſpectans. A ſcombris ſcõbria ſit noiata.

Scopa inſtrumentũ quo pauimenta verruntur. Plau. in Sti. Mundicias volo fieri hic: ferte huc ſcopas: ſimulq; harũdinem: vt operã omnem aranearũ perdam ⁊ texturam improbam: dehinc iamq; earũ oĩs telas. Dictę ſcope quaſi ſcobe: ꝙ his purgamẽta veluti ſcobem educimus. Hoc inſtrumento plectuntur ſontes ob noxam dum ceduntur ſcoparum faſciculo manuali circũducti per fora: vt vibices rubentes exiſtant in tergo: hoc vulgo dicitur ſcopare. Huius diminutiuũ eſt ſcopula. Colu. libro. xiij. Deinde penniculo detergit: ⁊ feruẽtiſſima pice infuſa nouo alio rutabulo ⁊ ſcopula picatur. Et eſt Scopa nomen ville in lybia. Scopas nomen viri ꝓprium.

Scopula diminutiuũ parua ſcopa: q̃re i dictiõe Scopa

Scopo as aui: ⁊ ſcopo is pſi: ſignificat ſicut ſonat Hiero. in Eſaia. Et ſcopabo eam in ſcopa terens. Idem in pſ̃. Et ſcopebam ſpiritũ meũ.

Scoparij dicunt̃ miniſtri quorũ miniſteriũ eſt vt ſcopis deuerrant pauimenta ſordentia. Ulp. ti. de fundo inſtructo. Si villa cultior ſit accedere inſtrrumẽto fundi atrienſes ⁊ ſcoparios.

Scopei homuli parui: qui etiam ab aliquibus Stilpones vocantur.

Scopus: ⁊ diminutiue Scopulus: ſaxum eminẽs a ſpeculando dictus σκοπειν em̃ ſpeculari eſt. Unde grę ci Scopon dicunt locum in quem ſagittando tela diriguntur. Sueto. de Domi. Nõnunq; in pueri ꝓcul ſtantis prebentiſq; ꝓ ſcopulo diſpanſam dextre manus palmã ſagittas tanta arte direxit: vt oẽs per interualla innocue euaderent. Uege. lib. ij. refert ꝙ ſagitarij funditoreſve ponere ſolebant ꝓ ſcopo. Hoc eſt ſigno ſcopas: id eſt fruticũ vel ſtraminum faſces. Macro. Propoſitũ vocat qđ greci σκοπον nominant. Similiter apud oratores ſcopos quo tẽdit omnis ductus oratorius. Et greci σκοπελον locum eminentẽ: id eſt ſpeculam nominant. Poteſt etiã dici ſcopulus vt inquit Ser. a tegmento nauiũ απὸ τοῦ σκεπαζειν. Scopi etiam dicuntur vuę cum fuerint calcate ⁊ folliculi cortices.

Scoria: metalloruȝ purgatio: quaſi fex: ſicut ſpuma que ex ferueſcente materia tollitur. Pli. lib. xxxiij. Spurcitia in omni metallo Scoria vocatur. Hierony. in Eſa. Argentũ tuum verſum eſt in ſcoriam. Ponitur interdum ꝓ cura ⁊ paſſione. Uirg. ad Meſal. Et ſcoria patiar tabeſcere tali.

Scorodon σκοροδον latine allium dicitur.

Scorpius ⁊ ſcorpio vtroq; modo dicitur: ⁊ pro animali venenoſo cauda feriẽte: q̃uis Ualla diſſentiat. Aug. ſuper Matth. Nam qualiſcũq; latro homo eſt ꝙ febris/ ꝙ ſcorpius/ ꝙ fungus malus: manducant homines fungum malũ ⁊ moriuntur. Idem ſuper Lucam Omnes qui propter iſtas diuerſitates blaſphemant chriſtum noſtrũ: cauda ſcorpionis ſunt. Et in euãge. Ecce dedi vobis poteſtatẽ calcandi ſuper ſerpentes ⁊ ſcorpiones. Scorpius etiam ſiue Scorpio cęleſte ſignum. Col. Si ingreditur ſcorpium. xiiij. kal̃. Nouembris. Item militare inſtrumentum: ꝙ paruis ac ſubtilibus ſpiculis inferat morteȝ: ſiue ꝙ ſcorpionis ſimilitudinẽ habeat: cũ arcus hinc atq; hinc ſceleruȝ ſimilitudine pręſe ferant ſpiculum caude. Sunt qui hunc Arcubaliſtã appellent. Quidam etiã accipiũt ſcorpium pro genere inſtrumẽti torquendi vt ſunt rubi aculeati: vel flagellũ virgarum: vt ſcutica habens in ſũmitate glãdes plũbeas. Quo quidẽ tormẽti genere ſepe legim⁹ martyres afflictos fuiſſe. Preterea ſcorpius herba eſt ſemen habẽs ad ſimilitudinẽ ſcorpionis: quę valet aduerſus animal ſui nominis.

Scorpionarij qui ſcorpionibus. i. qui arcubus vtuntur: vt ſagittis feriant.

Scorpena genus piſcis: de quo Ambroſius. Scorpena quoq; caſtitatem immaculati connubij generi ſuo ſeruat: non ꝑcutit ſed reficit.

Scortes: teſtium aretinoꝝ pelles. Hinc ſcorteus a um. quicquid ex pelle eſt. Et oĩa ex pellibus facta ſcortea dicunt̃: vel ab eo qđ eſt σκωρ.

Scortũ idem qđ corium. Unde ⁊ ſcortum meretrix dicitur: ꝙ ſicut pellicula ſubigatur: cum ſolum calciamẽtorũ omnibus ſubiectũ ſit: vel ꝙ in grabatulis pelles ſtratas tenere conſueuerunt. Scortum enim dicitur corium qđ eſt animaliuȝ que craſſiorem ac duriorem pellem habent. Hiero. contra Ioui. Scorta atq; ꝓſtibula ſi fuerint baptizate virginibus coequabuntur origo eſt σκωρ.

Scortor aris: ſepe meretriculã duco. Hiero. in Deute. Non erit meretrix de filiabus iſrael nec ſcortator

Scoti populi brytãnici apud quos nulla coniunx ꝓpria eſt. Hiero. Quid loquar de ceteris nationibus: cum ipſe adoleſcẽtulus in gallia viderim Scotos genteȝ brytãnicam humanis veſci carribus? Et cũ ꝑ ſyluas porcorum gręges ⁊ armentorũ pecudũq; reperiant: paſtorũ nates ⁊ fęminarũ papillas ſolere abſcindere: ⁊ has ſolas ciborũ delitias arbitrari.

Scotomia infirmitas quedam tenebroſitatẽ inducens. Unde ⁊ obtenebratio dici poteſt. Nam ab σκοτομαι deducitur: qđ eſt vertiginor.

Screo as: ſignificat cum conatu quodã de pectore ſputum eijcio. Pli. lib. xxiij. Eadeȝ in iumento homineq; phlegma aut ſanguinem qui ſcreatur talo circũligata ſanat. Hoc verbum quidaȝ a creo componi volũt. Huius cõpoſitũ eſt Excreo. Pli. lib. xx. Medius ad hęc ⁊ ſanguinẽ excreãtibus coctos dari iubet. Tibul. Ante ipſas excreat ipſe fores.

Screatus us: ipſa ſcreatio. Terẽtius in Heau. Gemit⁹ ſcreatus tuſſis.

Screabile: qđ ſcreari poteſt. Pli. lib. ij. Pulmonũ vitia excrabilia facit.

Scribo is pſi ptum. Scribere eorum proprie eſt qui aliquid condũt. vnde ſcriptores. Nam librarij ⁊ qui ab exemplarijs aliquid excribendum ſumunt: non proprie ſcriptores ſunt: nec proprie ſcribũt ſed deſcribũt aut exſcribunt tranſcribũtve. Cice. Cornifi. Sed proxime de optimo genere dicẽdi. Uide in dictione Deſcribo. Interdum etiam Scribere accipitur pro manu ꝓpria litteras fingere: qđ ⁊ librarij faciũt. Quandoq; ſcribere ſignificat pingere. Plinius de Nicomacho pictore. Scripſit ⁊ apollinẽ ⁊ Dianã deũq; Martem in leone ſedentem. Unde ⁊ picturas legere dicimus. Uirgilius. Quin protinus omnia ꝑlegerent oculis. Huius cõpoſita ſunt Aſcribo/ Conſcribo: Circũſcribo: Deſcribo: Exſcribo: Inſcribo: Perſcribo: Preſcribo: Proſcribo: Reſcribo: Subſcribo: Superſcribo: Unde ⁊ ſuperſcriptio: Tranſcribo que habent penultimã ꝓductã.

Scripto as frequentatiuũ: a quo fit aliud frequẽtatiuũ ſcriptito as.

Scriba: q̇ litteras vel geſta: vel tabellas: ⁊ alia quecũq; ſcribit nomine regis vel alterius. Liuius libro. ij. de Cor. Mutio loquens. Ibi cum militibus ſtipendiũ forte daretur: ⁊ ſcriba cũ rege ſedens pari fere ornatu multa ageret: ⁊ paulo poſt. Scribam pro rege obtruncat. Cice. Rufo. Ad ea que ſcripſiſti cõmodius equidem poſſem de ſingulis ad te rebus ſcribere: ſi M. Tullius ſcriba meus adeſſet. Scribę etiã dicũtur librarij q̇ ab alijs ęditos ſcribũt. Itẽ ſcribe tabellarij q̇ dicunt̃ Tabelliones ⁊ notarij: q̇ rõnes publicas ſcribũt in tabulis. Gręci γραμμαſεασ dicũt.

Scriptor qui ſcribit ſiue texit epiſtolam/ orationẽ/ librũ/ opuſve qđcũq;. Liuius lib. j. Et ſi in tanta ſcriptorũ turba mea fama in obſcuro eſt. Dona. in ꝓlo. Terẽ. Indifferẽter inquit omnis qui aliquid ſcripſiſſet ſcriptor a veteribus dicebat̃.

Scripturarius qui ſcripturis omnia: vel vrbium vel ꝓuintiarũ geſta publice cõputat. Lucili⁹. Publicanus vo vt aſię fiã ſcripturari⁹. Idẽ ⁊ Tabellio dicitur.

Scriptum: q̃uis adiectiuũ etiã habeat̃: ſubſtantiuũ tñ ſępiſſime reperitur: ſicut dictũ factũq;. Reſpicit autẽ ꝓprie ad tempus preteritũ ⁊ ſignificat generatim qđcũq; ſcriptum. Cice. lib. j. ad Herẽ. Ex ſcripto ſententie controuerſia naſcitur hoc modo. Cum videbitur ſcriptoris voluntas cum ſcripto ipſo diſſentire. Aliquando etiam futurum ⁊ quaſi pręſens tempus aſpicit. Idem Luceio. Ardeo cupiditate icredibili: neq; vt arbitror reprehẽdẽda vt noſtrorũ nominũ ſcriptis illuſtretur ⁊ celebretur.

Scriptura eſt id qđ ſcribimus vel ſcribendum cenſuimus cenſemuſve. Cice. libro. iij. ad Herẽñ. Non ſuz neſcius quantum ſuſceperim negocij qui motus corporis exprimere verbis ⁊ imitari ſcriptura conatus ſim voces: ſcriptura. i. ſcribendo. Et libro. iiij. Reliquum ſcripturę conſumetur in exemplis: id eſt eius qđ ſcribendum eſt. Aliquãdo capitur pro ſtylo quo quis vtitur in ſcribendo. Idem. Trebo. Cum vero ea quę ſcriptura perſecutus eſt ſine ſummo amore cogitare nõ potueris. Cecinna Ciceroni. Genus autez hoc ſcripturę non modo liberum ſed incitatum atq; latum eſſe quis ignorat?

Scriptio: epigrãma ſiue id quod ſcribitur: vt ſit memorabile. Cicero ꝓ Archia: Q̃ multas nobis imagines verũetiam ad imitandum fortiſſimorũ virorum expreſſas ſcriptiones ⁊ gręci et latini reliquerũt: quas ego mihi ſempꝑ in adminiſtranda rep. proponens animũ et mentem meam ipſam in cogitatione hominũ excellentium confirmabam. Idem Dolobelle Oratiunculam pro Deiotharo quam requirebas habebam mecum: qđ non putaram. Itaq; eam tibi miſi: quam velim ſic legas: vt rem tenuem et inopem nec ſcriptione magnopere dignam. Ponitur etiam pro quacũq; ſcriptura. Uarro. Auarus fęnerator ſpe lucri rem ſcriptione duplicarat.

Scriptorius a um: quod aptum eſt vt ex eo ſcribatur: ſeu quod ad ſcriptorem pertinet: vt Atramentum ſcriptorium.

Scribligo a vetuſtioribus latinis dicebatur ſoleociſm⁹ a tortuoſe orationis prauitate ac verſura.

Scriblita appellata eſt ꝙ in circuitu ad reſtis modum torqueretur. Hoc ſolum differens a placenta: ꝙ ſine melle coquebat̃: ⁊ feruẽtiſſima ędi ſolebat. Mar. Cirtũlata diu menſis ſcriblita ſecundis Urebat nimio ſeua calore manus. Plau. Dum ludi fiunt in popinã pediſſequi irruptionem facite: nunc dum occaſio eſt: nunc dum ſcriblite ęſtuant occurrite.

Scrinium a ſecernẽdo: archa dicitur: qua ſeruantur pręcioſa ac ſecreta. Plinius. Alexander cępit ſcrinium vnguentorũ. Huius diminutiuũ eſt Scriniolũ.

Scriniarius ſcriniorũ cuſtos. i. rerum ſecretarũ.

Scrobs generis tam maſculini q̃ fęminini ſm̃ Priſcia. Ser. tamen ait magis maſculinum eſſe q̃ fęmininũ: ⁊ allegat Plautum qui dixit Sexagenas ſcrobes. Lu. vero ait. Exigua poſuit ſcrobe: ſed contra artem Sunt autem ſcrobes foſſiones vt putei vel fouęę intra terram manu factę ad vineas vel arbores conſerendas vel ad metalla ⁊ quecũq; alia fodienda. Col. Ante annum q̃ poma diſponere voles: ſcrobes fodito. Huius diminutiuũ eſt. Scrobiculus. Pli. lib. xxj. Atq; in ſcrobiculis ſeruntur heminis fecis circũfuſis. Col. lib. v. Et id qđ a matre abſciſſum receſſit: cõfeſtiz a latere circũfoditur: ⁊ ſcrobiculo facto ad imũ ſolum preciditur.

Scropha que multos peperit porcos. Uar. Propterea matrem ſcropham ſua queq; hara ſuos alat oportet: que alios aſpernatur. Fuit ⁊ ſcropha cognomen familię romanę.

Scrotum pellis que teſticulos continet. Quidã tamen ſerotũ non ſcrotũ legunt: qđ gręce oſcheon: ꝙ illc ſinus inuoluat ſeret ⁊ obnubat teſtes. vel a ſero is: ꝙ ſeminalis principij ⁊ initialis ſit retinaculum. Scrota etiã q̇dã interp̄tant̃ imagũculas puellares deliciarũ opis q̇ ꝓpſo circũferebant̃ bellariorũ taliũ liguritori cupiẽtiſſimo. Hęc vẽdebant̃ priapi ſiliginei ſeroto et teſtibus inſignita q̄ erãt exq̇ſitioris ganeę. Dicunt̃ et Scruta. Hora. Uilia vẽdẽtẽ tunicato ſcruta popello.

Scrupus ꝓprie lapillus breuis qui preſſus ſolicitudinẽ creat. Hinc ſcrupeus a um: quod eſt lapilloſus. Uirgilius lib. vj. Spelunca alta fuit vaſtoq; imanis hiatu Scrupea tuta lacu nigro.

Scrupulus diminutiuũ a Scrupus ꝓprie lapillus breuis ⁊ aſper qui in calceo latẽs plerũq; nos ledit: nam pręſſus pede ſolicitudinẽ creat. Unde pro ſolicitudine ⁊ difficultate ponit̃. Terẽ. in adel. Inieci ſcrupulũ. Aug. lib. ix. de ciui. dei. Non multũ de noĩe diſputandum eſt: cuz res ipſa ita clara ſit vt a ſcrupulo dubitationis aliena ſit. Et ſcrupuloſum ſolicitũ ⁊ anxiũ dicimus. Uale. maxi lib. j. Qui tam ſcrupuloſa cura paruula queq; momẽta religionis examinari vident̃ Idẽ ſcrupuloſa res dicit̃ q̄ habet in ſe aliquid aſperi. Scrupulus etiã ⁊ ſcrupulũ ſiue ſcrypul⁹ ⁊ ſcrypulũ nomen eſt ponderis: latine obolus: ⁊ ſex ſiliq̇s conficiebat̃: ⁊ ex trib⁹ ſcrupulis drachma ſic ait Priſc. In ſcrupulis trinis drachmã. Uale. max. li. iiij. de paupꝑte. Eadẽ gẽs nullũ ante ſcrupulũ auri habuit. Ouid. de medi. Quinq; parãt maratri ſcrypula myrrha nouẽ. Scrupul⁹ etiã mẽſura eſt in metiẽdis terris. Col.

lib. vj. Igiť iugerū hꝫ quadratoꝝ pedū milia. xxviij. dccc. qui pedes efficiūt ſcrupula. cclxxx viij.

Scrupulatim per ſcrupula. Pli. lib. xxij. Scrupulatim quidē colligere ac miſcere vires nō cōiecture hūane opus: ſed imprudentie eſt.

Scrutum: vide in dictione ſcrotum.

Scrutor/inquiro: vt dominus ſcrutatur corda hominū. Diciť ⁊ ſcruto as. Unde ⁊ perſcruto: ſicut ⁊ perſcrutor. Hiero. ſuper p̄s. Et bonus perſcrutaui ⁊ ſi laborioſe exiſtimaui.

Sculptile penul. cor. quod ſculptū eſt: ſiue qđ ſculpitur vt ſculptile ſimulachrū qđ ſculptū eſt. Hier. in exo. Non facies tibi ſculptile. Et in Eſaia. Nūquid ſculptile conflabit faber?

Sculpo is. pſi. ptum. ſignificat cedēdo imaginē aliquā efficio. Et ꝓprie in marmore ⁊ alijs lapidibus ſculptura diciť. Conflatura in metallis: q̄ ſolui poſſunt: atqꝫ cōflari: vt auro/argēto/et ceteris. Uerū ſcalpo nō ſculpo dici debere: auctor eſt Diomedes.

Sculponee calcei ex lana confecti. Plaut. in caſ. Qui queſo potius q̄ ſculponeas quibꝰ butuatur tibi os. Neuius. Sculponeis batuēda ſūt latera. Hinc ſculponeatus dicitur qui eſt ſculponeis indutus. Uar. Aſpicio ſculponeatā bigas ſeq̄ cornuatas. Scribit Cato ſculponeas bonas alternis annis dari oporte re familie ruſticane.

Scurra: qui riſum ab audiētibꝰ captat non habita rōne verecūdię aut dignitatis. Dictus ſcurra vt quidā volunt: a ſequēdo: ꝙ id genus hoīes ſequi ſoleant opulentiores aliquid promerendi cauſa: quos gręci βωμολοχουσ dicūt. Inde ſcurrilitas vitiū vrbanitati oppoſitū: ⁊ ſcurrile penulti. producta ridiculū cū turpitudine.

Scurro idē quod ſcurra. Hiero. ad Ocea. Uinolentia ſcurronū eſt ⁊ comeſſatorū.

Scutū ⁊ ſcuta ę. ſm̄ Priſ. cuius diminutiuū eſt ſcutella necnon ⁊ ſcutula ab σκυτοσ pellis ꝙ nō ſine pellibꝰ fiat vel a ſectura: vt inquit Uarro. ꝙ e minutis confectum ſit tabulis.

Scutatus: ſcuto armatus.

Scutarius qui ſcutorū curā hꝫ. Hiero. lib. iij. Reg. Et ſcutarius qui ſcuta facit. Plau. in Epi. Id modo videndū vt materia ſuppetat ſcutarijs. Scutigerulus a Plauto ſumiť pro armigero qui gerit ſcutū dn̄i.

Scutarius a. um. quod ad ſcuta ꝑtinet. vnde Uege. lib. ij. In romana militia habebant fabricas ſcutarias et loricarias quibꝰ armoꝝ genera formabanť.

Scutula ę. forma rotunda quales aranea cōtexit. Pli. lib. xj. Quāta arte celauit pedicas ſcutulato rete ad capiēdas muſcas circa graſſantes. Eſt ⁊ ſcutula vas octo vnciarum capax. Mar. Beſſalem ad ſcutulam ſexto ꝑuenimus anno. Idē. Sic implet gabatas paropſides ⁊ leues ſcutulas cauaſqꝫ lances. Eſt et ſcutula ſerpētis genus in affrica. Itē ſcutula haſta teres qua lina tunduntur.

Scutulata veſtis dicitur que habet quoſdam orbes vel circulos quaſi ſcutulis diſtincta. Nā ſicut diuerſos colores picture babylonij: plurimis vero licijs alexandrini texere quę polymita appellant: ita galli ſcutulis veſtes diuidere q̄ ſcutulata dixerunt inſtituere. Plinius. Scutulatorem araneū appellat qui inſolubili nodo implicat pedicas. Poteſt etiaꝫ dici veſtis ſcutulata a colore. Eſt enim ſcutulatus color: vt Palladius inquit. Colores hi ꝑcipui: Albineus: ruſſeus: murreus: ceruinus: gilbus: ſcutulatus: albus: guttatus: niger: preſſus.

Scutella: vaſis genus rotundi concaui quo minutal ex carne vel ex oleribꝰ in menſam exhibeť: a ſcutra ſicut a mitra mitella: ſeu a ſcutula. Cicero. lib. tuſ. Demus ſcutulā dulcicole potionis: aliq̄d ꝓuideamus ⁊ cibi.

Scutulū: tenue ac macrū in quo tm̄ exilis pellicula cerniť: diminutiuū a ſcuto. Cice. lib. ij. de natura deoꝝ. Cum pelle caprina: cum haſta: cum ſcutulo: cum calceolis repandis.

Scutica penul. cor. genus verberis e lोris facti: a gręco σκυτοσ. corium vel pellis: quia ex corio fit. Huius diminutiuū eſt ſcuticula.

Scutriſcum: vaſis genus apud Catonē. Et videtur ex figura gręca deriuari a ſcutra. Eſt em̄ ſcutra vaſis genus: quod ⁊ ſcutula diciť.

## S Ante E

Se duobus modis diciť. Nam ⁊ pronomē ⁊ ꝑpoſitio eſt. Pronomen autē quādoqꝫ per ſe profertur: cum aliquem quippiam in aliū feciſſe oſtendimus: vt hic fatetur ſe nocuiſſe mihi. Cum autem in ſeipſum tunc geminatur ⁊ dicimus ſeſe. Se prępoſitio ſemꝑ compoſita inuenitur: et modo vim ſeparatiuā habet: vt ſeparo/ſeduco: modo abnegatiuā: vt ſecurus. Fitqꝫ vt quibuſdaꝫ placet a ſemis quod ſeparationē facit: ſiue a ſecus. Sed magis puto ſemis ⁊ ſecus ſicut et ſeorſum a ſe prępoſitiōe fieri. Componiť vero cum dictiōe incipiente a C. vt ſecedo. D. vt ſeduco. E. vt ſedeo. Uñ ſeditio vbi d. interponitur euphonie cauſa G. vt ſegrego. J. vt ſeiungo. L. vt ſeligo. P. vt ſeparo. U. vt ſeuoco.

Sebennytū vrbs in ęgypto: vbi ⁊ palus ⁊ amnis ſunt cognomines. Unde pręfectura quoqꝫ ſebennytica: et ſebennyticū nili oſtiū vocari conſtat: quod in duo alia diuidiť. ſ. in ſaiticū ⁊ mendeſium.

Sebunus penul. pro. Lacus quem facit fluuius Oliꝰ apud Sarnicū vallis calepine oppidū. Hodie vulgus ipſum lacum Iſei appellat.

Sevetos penul. pro. fons apud neapolim cuius aqua vicatim decurrēs: oīes fere vſus neapolitanis preſtat. Pap. lib. j. ſiluarū. Et pulchra tumeat ſebetos alumna.

Secedo is. pe. ꝓ. ſeorſum vado: ſeu ſeorſum venio. Plau. in am. Secede huc tu Soſia. Idem in Cur. Fugite oīs abite ⁊ de via ſecedite. Itē ſecedere ſignificať ſpaciari ⁊ a negocijs vacare. Inde ſeceſſio.

Seceſſus us. mō pro diceſſu poniť: mō ꝓ vacatiōe: mō ꝓ ſinu ſecretiore. Uirg. Eſt in ſeceſſu longo locus.

Secerno is. ſecreui ſecretum: ſignificat diuido. Cicero. Secernant ſe mali a bonis. Hinc ſecretū locum dicimus ſolum: et quaſi a ceteris ſeparatum. Et ſecreta mandata: ſecretas litteras: q̄ vel nulli vel paucis cōmunicantur. Et a ſecretis cui ſecreta cōmittunť. Aliquādo ſecernere eſt ſeponere. Cice. Luceio. Quod mihi acciderit optatius ſi in hac ſentētia fueris: vt a continentibus tuis ſcriptis in quibus perpetuā rerū geſtarū hiſtoriā cōplecteris ſecernas hāc quaſi fabulam rerum euentorūqꝫ noſtrorū.

Secretariū: rerū ſecretarū repoſitorium. Joſephꝰ. lib. xviij. antiquitatū. Philonē ex ſecretario Caiꝰ iubet excludi abſentēqꝫ fieri. Apul. in coſmagraphia appellat ſecretaria terrę: occultiora ſub terra loca.

Seceſpita: culter ferreus oblōgus manubrio eburneo rotūdo ſolido iuncto ad capulū: argento auroqꝫ fixo clauis eneis: ęre cyprio q̄ flamines ad ſacrificia vtebanť: a ſecando dicta. Sue. in Tibe. Nam et inter pontifices ſacrificāti ſimul ꝓ ſeceſpita plūbeū cultrū ſubijciendū curauit.

Secludo is. pe. pro. ſeorſum cludo. i. claudo. Cice. lib. j. tuſ. His demū quoddā iter eſſe ſecluſum a cōcilio deoꝝ. Quñqꝫ excludo. Uirg. Soluite corde metū teucri: ſecludite curas.

Seco as. ſecui ſectum proprie excido. Col. lib. ij. Cum ſecueris autē herbam medicā ſepius eam rigato. Et quoniā dū iter facimus quodammodo viā diuidere videmur: ſecare pro ducere poniť. Uirg. lib. vj. Ille viam ſecat ad naues. Et ſecare eſt ſequi. Idem lib. x.

Que cuiq; eſt fortuna hodie quā quiſq; ſecat ſpem.
Huius verbi compoſita ſunt. Conſeco quod eſt etiā
ſeu totum ſeco. Cice. lib. j. offi. Id agendū etiā eſt vt
ea facere ne videamur irati: ſicut ad vrendū ⁊ ad con
ſecandū: ſic ⁊ ad hoc genus caſtigandi raro inuitiq;
veniemus. Circūſeco. Cato de re ruſt. Quātū puta/
bis ei rei ſatis eſſe vini: tot vites ablaqueato ⁊ ſigna/
to: earū radices circunſecato ⁊ purgato. Deſeco de/
orſum ſeu de aliqua re ſeco. Colu. libro. ij. Ea bubus
ceteriſq; pecudibꝰ optime deſecta ꝓbeť. Et li. iij. Si
fieri pōt: iuxta aliquē modū ſerrula deſecato. Diſſe/
co varijs modis ſeco/dilanio. Vide in dictiōe Diſſe
catus. Execo extra ſeco/excido. Lactā. lib. j. Et eum
cū pellice deprehenſum exectis virilibus ſemiuirum
reddidit. Colu. lib. iij. Arborem quā inſerere voles
diligēter execato ea parte que maxime nitida eſt. In/
ſeco intus ſeco. Idem lib. v. Sequenti deinde anno
inſecatur ſuperior pars curuature vſq; ad medullas
Interſeco per medium ſeco. Perſeco perfecte ſeco.
Proſeco ſeco. Unde proſecta exta que ſacrificijs ad
hibentur. Preſeco: precido ante ſeu prius ſeco. Col.
libro. iij. Radicem harundinis acuta falce preſectā
impēdēti pluuia diſponito. Reſeco: reſcindo: de ali/
quo excido. Idem in eodem. Veterem vineam ſi in
ſummo radices habebit reſecare nolito: alioq̄n etiā
nouellam vineam que ex reſectione enata fuerit vini
inutile habebis. Cicero in Lel. pro reſtingo poſuit.
Neq; id ad viuum reſeco: vt illi qui hec ſubtilius diſ
ſerunt: fortaſſe vere: ſed ad cōmunē vtilitatē parum.
Subſeco ſubtus/ ſeu paulatim ſeco. Colu. libro. ij.
Quedam etiaz ſubterranee peſtes adultas ſegetes
radicibus ſubſectis enecant. Et omnia habent penul
timam correptam.

Sectio modo conciſio: modo pars dimidia: vel aliq̄
pars bonorū qua quis mulctať. Ceſar cō. iij. Poſtri/
die eius diei refractis portis cū iā defenderet nemo
atq; intromiſſis militibus noſtrꝭ ſectionē eius oppidi
vniuerſam ceſar vendidit.

Sectura ipſa ſectio. Pli. lib. xxxvij. Et quidē Calaides
tali ſectura formāť. Itē ſecture cauerne ſubterranee
ꝙ a terra ſecte. i. diuiſe ſūt. Ceſar. com. iiij. Quibus
fortiter reſiſtentibus vineas turreſq; egit: illi alꝭs eru
ptione tentata: alꝭs cuniculis ad aggerem vineaſq;
actis: cuius rei ſunt longe peritiſſimi aquitani: ꝓpte
rea ꝙ multis locis erarie ſecture ſunt.

Sectile pe. cor. quod ſectū eſt aut excidi poteſt. Sectile
porrum diciť ſectū ⁊ ſua ſponte conciſum. Nam con
ciſum ⁊ ſectum introrſus videť. Iuue. Quis tecum
ſectile porrum ſutor?

Sectiuus a. um. pe. ꝓ. vt porrū ſectiuum ꝙ folia eius
ſepius ſecentur vt profundius creſcat. Duo eñ ſunt
porri genera: vnū capitatū: alterū ſectiuū. Col. Por
rum ſi ſectiuū facere velis denſius ſatum ꝗceperunt
priores relinqui: et ita cū increuerit ſecari

Sectores q̇ ſpem ſui lucri ſecuti bona dānatoꝝ emebāt
in auctionibus ac poſtea ꝓ compendio venditabāt:
ꝙ empta ſua proſequanť. Inde a Cice. M. Antoni/
us ſector pompeij appellať: quoniā in ſubbaſtatiōe
bona. Cn. pompeij redemerat. Ci. pro Roſcio. Ne/
ſcis per iſta tēpora eoſdē fere ſectores fuiſſe bonorū
et colorū. Item ſectores ſunt qui ex damnatiōe accu
ſati dimidiū bonoꝝ expectant aut certe aliquā partē
et id perſequuntur.

Sector aris. frequenter ſequor: quod fit cū quis aliquē
ſequi frequentat: vt eū poſſit vel videre vel alloqui.
Plau. in Ciſ. Anum ſectatus ſum clamore per vias
Eſt et ſectari continue ſequi: vt fit cū quempiā in ſer/
monibus: in ſententijs: in diſciplinis ⁊ ceteris factis
ſedulo perpetuoq; ſequimur ac imitamur. Unde et
ſecte philoſophoꝝ. i. ductus. Terē. in eu. Ibi homo
cepit me obſecrare vt ſibi liceret diſcere id a me: ſe/
ctari iuſſi ſi potis ē. Huiꝰ cōpoſita ſunt Aſſector/cō/
ſector. Lact. lib. j. Qui ſi aſino aut ſui aut cani facul
tas loquēdi tribuať queraſq; ab his quid ſibi velint
cū feminas tam rabide conſectanť: vt vix diuelli que
ant. Inſector perſequor.

Secta a ſector/ſeu a ſectus ductus fieri cōſtat. Ea inter
philoſophos ē aut philoſophis ſimiles: vt platonici
ariſtotelici. A grecis hereſis diciť. Col. li. ij. Quare
antiquiſſimū eſt formā huius operis cōſcribere quā
velut ſectā legemq; in proſcindendis agris ſequanť
agricole. Hinc conſectaneus q̇ eiuſdē ſecte eſt. Aug.
lib. x. de ciui. dei. Quanto humanius ⁊ tolerabilius
cōſectaneus tuus platonicus apuleius errauit.

Sectarius veruex qui gregem agnoꝝ precedens ducit.

Secula penul. cor. falx a ſectando dicta hac vtūtur qui
in pratis herbas ſecant.

Securis inſtrumentū ad ſecanda ligna: q̄ſi ſemi quiris:
vt inquit Ser. Sabini eñ quirim haſtam appellāt.
Virg. libro. xj. Aeratam quatiens tarpeia ſecurim.
Huiꝰ inſtrumēti inuentrix fuit penthesilea amaçon.
Unde ⁊ amaçones ſecurigere a poetis dicte ſūt. Ali
quādo ſecuris poniť pro dignitate ⁊ magiſtratu qm̄
conſules habebant. xij. lictores qui geſtabant faſces
virgarū ſecuribus alligatos. Huius diminutiuū eſt
Securicula.

Securus tranquillus/ qui ſine cura eſt: quaſi ſeorſum a
cura. Et differt a tutus ꝙ ſecurus dicatur is qui non
timet etiā ſi immineat periculū. Tutus ē extra peri/
culū ꝗuis etiā timeat. Aliquādo ſecurus capitur ꝓ
contēptore. Virg. Securus amorū germane. Hinc
ſecuritas tranquillitas.

Securo as. ſecurū facio. Aug. lib. Soli. Que cū conſi/
dero cōtremiſcūt om̄ia oſſa mea: qm̄ non ſecurať hō
viuens ſuper terrā. Et lib. ij. acad. At ſi in quoq; for/
taſſe aberrauero: ſecurabis id: vt deinceps hmōi de/
legationē non pertimeſcam.

Secale penul. pro. frugis genus tantū ad arcendam fa
mē vtile fecūda: ſed gracili ſtipula. Huic miliū miſce
tur paniſq; fit melior.

Secors ⁊ ſocors diciť qui in corde nihil ſe ad ꝓbitatez
exercet: et qui tardus vel negligens eſt in cōſulendo
meditando ꝓſpiciendo ve quid opus ſit facto. Com/
poſitū nomen ex ſe ⁊ cor/ quaſi ſeorſum a corde. Vñ
ſecordia ⁊ ſocordia pro ipſo vitio quo quis in hmōi
tardus aut negligens eſt.

Secubo ſecubas penultima correpta. Quere in dictio
ne Cubo.

Secundus a. um. quod immediate ſequitur primū: id ē
quod ſecūdo loco eſt: et tam numerū q̄ ordinem de/
notat. Per tranſlationem ponitur ꝓ proſpero ꝙ ita
vti volumus ſecet. i. ſequatur: vel ꝙ que adſunt pro/
ſpera eſſe dicunť. Hinc ſecūda fortuna que vł nobis
adeſt: vel nobis obſequiť. Et res ſecunde que pro no/
ſtro deſiderio ſequuntur. Virg. Et ſeruare modūm
rebus ſublata ſecūdis. Et ſecundo flumine nauigat
qui aqua ſequente nauigat. i. in eam partē fluentem
ad quā tendimus. Sicut aduerſo flumine nauigat: q̇
contra aquā nauigat.

Secundū aduerbialiter ponitur pro iuxta: ſiue prope.
Nā quod ſecūdo loco eſt prope eſt. Ser. Sul. Duo
vulnera accepiſſe: vnū in ſtomacho: alterū in capite
ſm aurem. Aliquādo ſumitur pro poſt: quaſi ſecūdo
loco. Quintili. Nam quod vnum mihi ſm patrem
fortuna videbatur paraſſe preſidiū id ego ſperare in
alia ſorte non poterā. Cic. Proxime autem ⁊ ſm de
os homines hominibus maxime vtiles eſſe poſſunt.
Aliquando ſignificat pro: vt ſm te litem do: ſm me
iudica: id eſt pro te pro me. Sue. in Claudianū. Ab/
ſentibus ſecundū preſentes dabat. Aliquando in: vt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſm quietem.i.in quiete. Idem in Augu. Affirmauit ipſum eſſe cuius imago ſm quietem ſibi obuerſata ſit. Aliquãdo ſuper. Sal.in Iug. Secũdũ ea vti deliberetis vtere. Aliquãdo ad emulationẽ: vt ſm pythagoram viuo.i. ſimiliter illi. Aliquando eam vim habet quam iuxta ſententiam: vt ſm Platonem: ſm Ariſtotelem.

Secundo aduerbium. Modo ſignificat: vt primo/ſecundo/tertio. Modo bis: vt ſecũdo cõſul: id eſt bis conſul. Et ſecũdo eũ monuerã.i.bis. Modo rurſus. Cic. Semel hominẽ allocutus fuerã an ſecũdo mihi redeundũ eſſet ignorabam.

Secũdo loco ornate dicitꝰ pro eo qḋ eſt ſecũdo.

Secũde arũ tantũ pluraliter: pro mẽbrana illa qua partus obuolutus vtero prodit dictę ꝙ naſcentẽ infantẽ ſequantꝰ. Pli. Praſſice ſementi contra ardorẽ febriũ facit: et ſtomachi vitia ⁊ ad ſecũdas. Hę etiam volu[...]um appeliantur.

Secundarius a.um. quaſi ſecundi ordinis: vt panis ſecundarius vulgaris dicitꝰ: et cibarius. Sue.in Aug. Cibi minimi erat: atqꝫ vulgaris fere: ſecundarium panẽ ⁊ piſciculos minutos maxime appetebat. Pli. libro.xviij. Preterea floris ſemodiũ et cibarij: quod ſecundariũ vocant ſextarios quattuor furfuris ſextarios totidẽ. Hic etiã ſecũdus dicitꝰ. Hora. Paſti ſiliquis ⁊ pane ſecundo.

Secundo as. proſpero. Proper. Iam liquidum nautis aura ſecũdat iter. Hinc obſecũdo as. de quo alibi.

Secus prępoſitio ſignificat prope. Hoc eſt qḋ in mente ſecat: id ẽ ſequitꝰ vt ſecus decurſus aquarũ ſeruntꝰ ſalices. Aliquãdo eſt aduerbium: et ſignificat aliter: pręſertim/quando/non/vel haud ſecum comites habet. Virg. Haud ſecus androgeus viſu tremefactus abibat.

Secius quidã a ſecus deriuant: quidã a ſero. Vñ qñqꝫ ſumitur pro poſitiuo: quãdoqꝫ ꝓ minus vel tardius. Virg. Nec ſecius oĩs in vnguẽ arboribus poſitis ſecto via limite quadret. Apul. Nec eo ſecius approbabitur tibi nũc etiã firmitas animi mei. Actius. Si forte paulo qꝫ veniã ſecius. Seciũ a veteribus dicebatꝰ libũ quod in ſacrificio ſeceſpita ſecatur.

Sed cõiũctiõ quãdoqꝫ inceptiua eſt. Terẽ.in an. Sed pamphilũ video pro atqꝫ. Quãdoqꝫ diſcretiua: vt ſi dicã Non ſapiens ſed miſer es.

Sedeo es. ſedi: ſeſſum Quis neutrũ ſit. Inuenitur tamẽ in tertia perſona paſſiue vocis prolatũ. Hiero.li.iij. Re. Et domũcula in qua ſedebatꝰ ad iudicandũ erat in media porticu ſimili opere. Componitur autẽ ſedeo a ſe ⁊ eo: quaſi ſeorſum eo. Nã ſeorſum ire videmur et quaſi a ceteris ſeparari dum ſedemus. Quidam a do fieri exiſtimant: ꝙ qui ſedet ſeorſum dare ſe videtur. Eſtqꝫ ſedere oppoſitũ ſtare/ ſeu pergere. Plau. Si non vbi ſedeas locus eſt: at eſt vbi ambules. Dicimuſqꝫ ſedeo ſup equũ/et ſedeo equo. Hier. in libro numeri. Stetit angelus dñi in via cõtra balaam qui ſedebat aſine. De auibus vero ſedere dicitꝰ in loco altiore eſſe: vt paſſer ſedet in tecto. Cornix ſedet in arbore. Virg. Nocte ſedens ſerũ canit importuna per vmbras. Quintil. Vt ſi queratur an ſit credibile ſuper caput valerij pugnantis ſediſſe coruum qui os oculoſqꝫ hoſtis galli roſtro atqꝫ alis euerberaret. Ita eñ de auibus ſedere dicitur: vt de homine dum ſedet ſuper equũ quocunqꝫ modo: aut quocũqꝫ corporis habitu ibi maneat. Aliqñ ignauiã ceſſationemqꝫ denotat. Virg. Sedeant ſpectentqꝫ latini Terẽ. An ſedere oportuit domi virginẽ tam grandẽ Aliqñ ſedere ponitꝰ pro placere: et tunc cum datiuo ꝯſtruitꝰ. Virg. Idqꝫ pio ſedet enee ꝓbat auctor aceſtes. Hier. in deutero. Si autẽ poſtea nõ ſederit aĩo tuo: dimittes eã liberã. Aliqñ ꝓ manere/immorari. Liui.li.ij. de ſecũdo bel.pu. Id horreũ fuit preſidiũ penis ſedentibus ad Trebiã. Aliqñ ſedere eſt ꝯſiliũ capere: cõſiderare: vt Celſa ſedet eolus arce. et Turnus ſecreta valle ſedebat. Plau. Sine iuxta aram ſedeã ⁊ dabo meliora conſilia. Et ſm Augures ſederẽ eſt auguriũ captare. Nã poſt deſignatas cęli partes a ſedentibus captantꝰ auguria. Huiꝰ verbi cõpoſita ſunt Aſſideo: Conſideo ſimul ſedeo. Cice.lib.acad. Conſedimus oĩes tum varro ita exorſus eſt. Circũſedeo/diſſideo/deſideo/inſideo/obſideo/ꝑſideo/poſſideo/reſideo/ſubſideo/et ſupſedeo. In quibus ſyllaba ſi corripitur.

Sedes: locus in quo ſedemus ꝗ̃ et ſella ⁊ ſedile dicitur Interdũ ponitur ꝓ habitaculo: ac domicilio. Cęſar. Creſcenti eñ populi multitudine mutare ſedes ſtatuerunt. Interdũ pro ſepulchro. Virg. Sedibus vt ſaltem placidis in morte quieſcã. Interdũ ꝓ podice ⁊ ani circulo. Galen.ꝰ Fiunt de nigra cholera quãdo in venas circa ſedẽ denſius inciderit. Plin.lib.xxiij. Cinis ſarmentorũ vitiumqꝫ ⁊ vinaceorũ cõdylomatis ⁊ ſedis vitijs medetur.

Sedicula: parua ſedes: ſicut ędicula ab ędes.

Sedile pe. pro. locus ad ſedendũ a ſede dictũ.

Sedentarius a.um. quod ſedẽdo fit. Vnde ſedentariũ laborẽ dicimus qui ſedendo contrahitur. Apul. Vt etiã fatigationẽ ſedẽtariã inceſſus vegetatiõe diſcuterem. Et ſedentaria opera ꝗ̃ ſedendo fit. Col. Neqꝫ eñ ſedẽtaria eius opera eſt: ſed modo ad telã debebit accedere: modo eos qui cibum familię conficiunt inuiſere. Sedentarij qui ſedendo opus faciunt ſicut ſutores: vt eſt apud Plautũ in aul.

Sedum herba quę et ſemperuiua dicitur a ſemꝑ ſedendo: vel vt Merula inquit quã Anagorũ alio nomine vocant: hanc alij Sadum: alij Seſunium vocant naſcitꝰ in tegulis ⁊ apud noſtros Bergomates Oregina dicitur.

Seduculũ quaſi ſuducula dictũ genus flagelli eſt quod vapulantes ſudare faciat.

Sedulus penul.cor. teſte Donato et Nonio: dicitꝰ qui ex animo ⁊ ſine dolo inſtãter intentus eſt: vt ſit quaſi aſſiduus: quia negligẽtes doloſi dicuntꝰ. Hinc ſedulitas ꝓ inſtanti et fideli officio ac diligentia. Sedulo aduerbium ſecus a dolo: ſiue vt dicere ſolemus realiter/inſtãter/diligẽter: quaſi aſſidẽdo: hoc eſt ſine intermiſſione. Augu.lib.v.con. Sedulo agere ceperã propter quod veneram.

Seditio a ſe: hoc eſt ſeorſum ⁊ itio componitꝰ qḋ nomẽ fit ab eo is. niſi velimus ab ipſo verbo eo: cõpoſitionem initam fuiſſe: vt ſit ſedeo is. Quis in vſu nõ ſit. Cice.lib.vj. de repu. declarat ſeditionis proprietatẽ a diſſenſiõe ciuiũ dictã eſſe ꝙ ſeorſum eũt alij ad aliũ. Eſt eñ ꝓprie cũ populo diſcordante itur ad manus: q̃lẽ deſcribit Virg. Ac veluti magna in populo cũ ſępe coorta eſt Seditio: ſeuitqꝫ animis ignobile vulgus. Iãqꝫ faces et ſaxa volant furor arma miniſtrat. Similiter ſeditio in exercitu dicitꝰ in claſſe: in campo et vbicunqꝫ eſt multitudo hominũ. Hinc ſeditioſus qui ſeditionẽ amat.

Seditionarius qui ſeditionem facit. Vnde ſcribitur diſtin.xl vij. Seditionarios ſtatuimus nunqꝫ ordinandos clericos.

Sedo as. a ſe et do cõponitur ⁊ multa ſignificat vt ſunt res de quibus agitur: quę tamẽ ad vnum redeunt. ſ. mitigo/placo/lenio/remoueo/freno/extiguo: ⁊ alia. Salu. Namqꝫ animus impurus dijs hominibuſqꝫ infeſtus neqꝫ vigilijs: neqꝫ quietibꝰ ſedari potuit ita conſcientia mentẽ excitã vexabat.i.pacari. Cice.lib. iiij. ad heren. Et hic ſitiens qꝫ maxime loquatur: neqꝫ habeat qui ſitim ſuam ſedet: id ẽ extinguat. Alie etiã ſignificationes legentibus obuenient. Quidam

cũ diph.ſcribunt: vt ſit ſedo quaſi ſanũ do: hoc eſt ab ira ⁊ furore ad lenitatẽ animi reuoco. Hinc ſedatio: de qua Cicero lib. j. offici. Temperantia et modus: omniſq; ſedatio ꝑturbationũ animi.

Seduco is. penul. pro. ꝓprie ſeorſum duco ab alijs q̃ſi de rebus aliquibus locuturus. Cice. Trebo. Ex a te viro optimo ſeductus ẽ tuoq; beneficio adhuc viuit hec peſtis. Plaut. in aul. Eo nunc ſecreto ego te huc foras ſeduxi. Cice. lib. j. tuſ. ad animũ tranſtulit. Cũ a negocio omni auocamus animum quid inquam agimus niſi animum ad ſeipſum aduocamus: ſecum eſſe cogim⁹ maximeq; a corpore ſeducimus. In malam partẽ per tranſlationẽ ſignificat decipio. Terẽ. in an. Etiam nunc me ſeducere iſtis dictis poſtulas. Cicero pro. Flac. Vſus eſt pro depono: cum inquit: Remittant ſpiritus: comprimãt animos ſuos: ſeducant arrogantiam.

Seductile penul. cor. qđ ſeduci. i. decipi poteſt. Augu. lib. ij. con. Calcabat me inimicus inuiſibilis ⁊ ſeducebat me: q2 ego ſeductilis eram.

Seges ꝓprie fruges eorũ ſeminũ ex quibus conficitur panis nondũ demeſſa. Qñq; accipitur ꝓ ipſa humo ad accipienda ſemina ſubacta nondũ ſata. Nam qñ ager ſatus noualis dicit̃. Unde Var. ait. Seges dr̃ quod aratũ: ſed necdum ſatum eſt: a ſatu. i. ſemine. Virg. Illa ſeges demũ votis reſpondet auari Agricole bis que ſolẽ bis frigora ſentit. Pli. li. xviij. Segetes quę interquieuere fundunt roſam odoratiorẽ: ſatiua adeo terra non ceſſat parere.

Segetia dea quã ꝑſci colebãt vt letas faceret ſegetes.

Segmenta proprie ſegmina. i. ſectiones a ſecãdo quaſi ſecamenta ⁊ ramẽta. c. in g. mutata: vt a fingo figmẽtum: a ſtringo ſtrigmenum. Quod ex Plinio intelligi poteſt: cũ ſecandorum marmorꝝ rationẽ afferens ait libro. xxxvj. Craſſior arena laxioribus ſegmentis terit: et plus erodit marmoris. Gel. Vnguiũ dialis ⁊ capilli ſegmina ſubter arborem fęlicem terrã operiunt. Hiero. Segmenta eboris in medelas varias aſſumuntur. Segmenta etiã inciſure ⁊ virgulę ſecte ex gẽmis ⁊ vnionibus. Unde partes ⁊ vt ita dicam membra mundi in que vniuerſa terra digeritur: quę noſtri circulos gręci paralellos appellant ⁊ climata ſegmenta dicuntur. Plin. lib. vj. Plura autẽ ſunt ſegmenta mundi: principiũ habet indię pars verſa ad hauſtrũ pateteq; vſq; ad arabiã: et rubri maris accolas. Idem. Q uod ſupereſt terrarũ tribus aſſignatur ſegmentis. Et quoniã ornamentũ colli quod monile vocatur ex ſegmentis fieri cõſueuerit. i. ex bracteolis argẽteis / aureiſve ſegmentũ etiã appellat̃. Val. ma. Datũ eſt mulierib⁹ vt ſegmẽta aurea geſtarẽt. Iuue. Segmenta ⁊ lõgos habit⁹ et flammea ſumit. Sunt tñ qui ibi ſegmẽta interpretent̃ faſciolas quę in ordine veſtis extrema parte aſſute iuncteq; ornamẽto ſint indumentis muliebrib⁹: vel quibus noua nupta amicitur: vt ait probus. Alij accipiunt pro margaritis et murenulis: hoc eſt torqu ibus.

Segmenate veſtes dicunt̃ purpureę ſegmentis. i. bracteolis / lanceolis / meandris / et orbiculis variegãter intexte. Ouid. lib. iij. de arte. Quid de veſte loquar nõ iam ſegmẽta requiro. Nec q̃ de tyrio murice lana rubet. Quicq̃d etiã ex tenuiſſimis ſegmẽt⁊ vermiculatim cõpoſitũ eſt etiã ſi ſegmẽta lignea ſunt: ſegmẽtatũ dicitur. Iuue. Et ſegmẽtatis dormiſſet paruula cunis. i. vermiculato emblemate pictis: vel ꝑ ſegminibus. i. tenuiſſimis ligneis ramẽtis ac verſicolorib⁹ depict⁊: q̃uis etiã intelligi poſſit ſegmẽto tectis: hoc in pauimentis Teſſellatũ dicit̃ de quo alibi. Ornamentũ quoq; equorũ a collo in pectus prępendens Segmentũ dici poteſt.

Segmen idem quod ſegmentũ. i. ſectiones: a quo fiunt prę ſegmen ⁊ reſegmen.

Segmentarij qui veſtes ex auro laborant.

Segnis quaſi ſeorſum a recto nitẽs g. interpoſita cauſa euphonie. Et forte magis ad differentiã ſenis. Componitur igit̃ ſegnis a ſe et nitor. Vel dicit̃ ſegnis q̃ſi ſine igne. Unde ſegnis homo. i. tardus ⁊ ignarus: ſicut econtrario ardens ꝓ feſtinãte ⁊ acuto ingenio. Virg. lib. iij. Haud ſegnis ſtrato ſurgit palinurus ⁊ omẽs explorat ventos. Interdũ ponit̃ ꝓ infęcũdo ⁊ inutili. Idẽ lib. j. geor. Segniſq; horreret in aruis Carduus. Hinc ſegnicies ſiue ſegnicia / tarditas / negligentia ad agendũ: ꝙ vt feſtus inquit: ſit ſine nitendo quid vtile ⁊ honeſtũ. Socordia vero eſt negligẽtia in conſulendo meditando ꝓſpiciendo quid opus ſit facto. Terẽ. in an. Enimuero daue nihil loci ẽ ſegnitie neq; ſocordie. Quãdoq; ſegnicies dicit̃ infęcũditas. Plini. Hinc negligentia cultorũ: hinc agrorum ſegnities. Legit̃ et ſegnitas pro ſegnitia. Cic. lib. de orato. Et quando de prudentia diximus: caſtigemus etiã ſegnitatem.

Segobriga oppidũ celtiberie vbi Sertorius ⁊ metell⁹ prelium commiſere.

Segrego as. penulti. cor. ex ſe ⁊ grego. Unde ⁊ cõgrego quę ſunt contraria. Eſt enim ſegregare ab aliorũ numero: vel ſocietate vel grege ſeparare. Teren. in ecy. Nam ſi ita eſt vt hęc nunc pamphilum vere a ſe ſegregarit.

Seir mons in terra Edom in quo habitauit Eſau in regione gabalena: q̃ ex eo ꝙ Eſau piloſus eſſet et hiſpidus: ſeir. i. piloſi nomẽ accepit.

Seiugi et ſeiuges penul. cor. dicunt̃ equi ſeni ad vnum currũ adhibiti. Apul. in floridis. Vir cui omẽs ꝓuintię quadrijuges ⁊ ſeiuges currus vbiq; gentium ponere gratulantur.

Seiungo ſeorſum iũgo: et per ſe pono: ſiue ſeparo. Ci. lentulo: Tibi autẽ multo notior atq; illuſtrior meus in te animus eſſet ſi hoc tẽpore omni quo ſeiũcti fuimus ⁊ vna ⁊ romę fuiſſemus.

Selemetes lapis in perſide: cui⁹ interior candor vt ſcribit Aug. lib. xxj. de ci. dei. cũ luna creſcit ⁊ deficit.

Selibra dimidia libra.

Seligo is. pe. cor. ſeorſum colligo ſecerno. Ci. de opti. genere dicendi. Quę exẽpla ſelegiſſem niſi vel nota eſſe arbitrarer: vel poſſe eligere qui querent.

Seliquaſtra genus ſedilium eſt antiqui gener⁊ d. littera in l. cõuerſa: ſicut et in ſella ⁊ ſolio factũ eſt: q̃ omnia a ſedendo dicta ſunt. At Siliquaſtrũ herba hortenſis quę alio nomine Piperitis nominatur: vt meminit Plinius.

Sella quaſi ſeda a ſedendo. Et erat apud romanos magiſtratuum edilis et pretoris ſedes qua per vrbẽ ius dicentes comportabantur. Gręci autẽ θρονον. ſellam dicunt.

Sellaria dicta ſunt loca in quib⁹ ſedes diſponi ſolebãt. Plini. lib. xxxiiij. Atq; ex omnibus que retuli clariſſima queq; in vrbe iam ſunt dicata a Veſpaſiano principe in templo pacis: alijſq; eius operibus violentia neronis in vrbem ꝯuecta ⁊ in ſellarijs domus aureę diſpoſita. Sue. in Tibe. Seceſſu vero caprenſi etiã ſellariam excogitauit ſedem arcanarum libidinum. Huius diminutiuũ eſt Sellariola Mar. In ſellariolis vagus popinis.

Sellularij opifices qui ſedẽdo opus faciũt quos Liui. lib. viij. ſcribit militię minime aptos. Sic ſedentariũ opus: de quo ſupra.

Seleucus: fuit vnus ex principibus Alexandri qui primus poſt alexãdri mortẽ regnauit in ſyria: annos. xl. Fuerunt ⁊ alij ſeleuci.

Seleucia: prima Syrię ciuitas vt inq̃t Stra. iuxta quã Orontes affluit amnis: hanc alij a Nicanore: alij a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nicatore conditam ferunt. Stra. Seleuciã inquit ad Tygrim amnem iuxta babylonem tercentis fere ſtadijs ſeleucus nicator exedificauit. Ptol. Tres ſeleucias facit. Pieriam ad eufratẽ: ad bellum. ſcribit Plini. lib. vj. Seleuciam plerumqꝫ Meſopotamiã dictam fuiſſe.

Selinus penul. pro. nomẽ fluuij: a quo etiã oppido nomen datũ eſt. Sylius. Necnon qui putãt hijſpamqꝫ alabynqꝫ ſonoros Selinus.

Selinon latine Apium: a quo Petroſelinon. Selinis vrbs a ſelino ꝙ ibi plurimũ naſcat̃.

Semel aduerbium quaſi vna non diuiſim: vł vno vt ita dicam tempore. Nam quod ſemel fit nullam recipit diuiſionem. Aliquando accipitur pro vno loco: pro om̃ibus: ſiue ſummatim aut in ſumma. Quinti. Deniqꝫ vt ſemel finiam ſic fere componendũ cũ pronunciabis erit. Idem. Et vt ſemel omnia complectar. Vñ et pro immutabiliter ⁊ irreuocabiliter poni conſueuit: quia quod ſemel tantum fit: nõ habet regreſſum vt rurſus fiat. Hiero. in p̄s. Semel locutus eſt deꝰ duo hęc audiui. Aliquãdo ſignificat cito. Virgł. Qui ne quid tale videret ꝓcubuit moriens: et humũ ſemel ore momordit. Ouid. Nulla reparabilis arte Leſa pudicicia eſt: deperit illa ſemel.

Semele pe. cor. Cadmi filia: de qua Prop. Narrabis ſemele quę ſit formoſa.

Semen quaſi ſerimen a ſero is. quod etiã de virgultis ⁊ ſurculis dꝛ. Virgł. Seminibꝰ poſitis ſupeſt deducere terrã Sepius. Col. lib. iij. Si cõpluribus vindemijs eũdẽ tenorẽ ſeruarint ex eiuſmodi vitibus lecta ſemina multũ bonũqꝫ vinũ p̄bebunt. Eſt ⁊ ſemen frumenti genus quod ʒeam appellãt ſimile farri. Ex ea alica fit pręclara res.

Seminiũ idẽ quod ſemen vel berba: vel quid producibile. Colu. lib. ij. Nõnunqꝫ ſupfuſa terra latentibus ſeminis. Qñqꝫ accipit̃ ꝓ ſeminis lucro. Plau. in ru. Venundat̃ merces nõ hoc ſuo ſeminio.

Seminariũ etiã ſemen dicit̃ quod et ꝓ plantario: id eſt pro loco in quo plante ſeu ſemina cõponunt̃: capi ſolet. Col. lib. iij. Qui vineã vel arbuſtum conſtituere volet: ſeminaria prius facere debet. Sic em̃ ſciet cuius generis vitẽ poſiturus ſit. Idẽ lib. vj. Operam dabit ne emortuis arboribꝰ rareſcat: ac primã quãqꝫ ſenio ac tẽpeſtate afflictã ſummoueat: et inuicem nouellam ſobolẽ ſubſtituat. Id autẽ facile conſequi poterit ſi vlmorum ſeminiarum paratum habuerit. Aliquãdo ſeminiarũ dicit̃ arbor de qua aliquid ſumitur vt plantetur. Idem. Satoris officium eſt de ſeminario transferre plantam.

Seminarius a. um. qđ ad ſeminandum pertinet. Amb. Ineſt naſcentibus ſingulis: aut ſemen: aut virtus aliqua ſeminaria.

Sementis fęmi. generis ſignificat ipſam ſationem: ſeu ſeminationẽ. Pli. lib. xviij. Sunt qui properent atqꝫ ita ꝓnuncient feſtinatã ſementẽ ſępe decipere ſerotinam ſemper. Col. lib. xij. Quibus magnis ſementis pręparat̃. Liui. Vt campani ſementẽ facere poſſent. Accipitur nõnunqꝫ pro ſemine. Hiero. in gñ. Et habens vnumquodqꝫ ſementẽ iuxta genus ſuũ. Ouiđ. lib. j. faſt. Villice da requiem terrę ſemente peracta. Nõnũqꝫ ꝓ ſeminãdi tp̄e. Col. lib. ij. Prima ſemẽtis rarius ſerere ꝑmittit: nouiſſima ſpiſſius poſtulat: id eſt primũ tẽpus ſationis. Idem ſeminari debet poſt ęquinoctiũ media fere ſementi leto ſolo.

Sementicus a. um. vt diſti. v. Et ſunt verba. Gre. Ab om̃ibus quoqꝫ quę ſementinã trahũt originẽ carnis ieiunemus a lacte videlicet caſeo ⁊ ouis.

Sementicus a. um. penulti. cor. qđ ſeminari poteſt. Pli. lib. xviij. Sementica autẽ triticũ hordeũ frumẽta multis radicantur fibris.

Semento as. ſemen ꝓduco. Idẽ in eodẽ. Eſt in primis inutile enaſci herbas ſementaturas.

Sementine ferie a ſemente: quę ideo inſtitute ſunt: vt ſementẽ maiorẽ facere poſſent.

Semino as. notę ſignificationis. Col. Seminari debet hordeũ poſt ęquinoctium. Per tranſlationẽ ſignificat ſpargo/diuulgo. Lact. lib. iiij. Et cultum dei per totam terrã ſeminaret. Huius compoſita ſunt Diſſemino: qđ eſt varie: vel diuerſis locis ſemino. Hier. in gñ. Tres iſti ſunt filij noę: et ab his diſſeminatum eſt omne hominũ genus ſuꝑ vniuerſam terrã. Inſemino intus ſemino. Gel. Talemqꝫ ⁊ morbos ſenſim atqꝫ in diẽ longã viſceribꝰ inſeminare. Suꝑſemino. Augu. Venit diabolus et ſuperſeminauit eos quos malos filios dominus interpretat̃.

Semis ſignificat dimidium: vt ſemideus: ſemiuiuus. Aliqñ accipitur ꝓ media libra. Verũ quãdoqꝫ indeclinabile ẽ: vt duos ⁊ ſemis cubitos hꝫ. Qñqꝫ ſemiſſis gtm̃ facit. Hiero. in Exo. Duos cubitos et dimidiũ tenebit lõgitudo eiꝰ ⁊ cubitũ ac ſemiſſẽ latitudo.

Semiſſis genus mẽſurę ⁊ monetę. Semiſſis homo: dꝛ homo vilis: et quaſi ſemihomo: ſicut ſemiſſem ſemiaſſem dicimus. Vati. Ciceroni. Simul vero ſemiſſis homo contra me arma tulit.

Semianimis: quaſi exanimatus. Semicirculus mediꝰ circulus. Semiplenus nõ ꝑfecte plenus.

Semimetrũ pe. cor. media menſura.

Semiplagiũ paruũ rete.

Semeſum penulti. correpta ſemicomeſtũ. Eadem em̃ forma dicit̃ qua Ambeſum ⁊ comeſum. Suc. in Tibe. Solennibus ipſe cęnis pridiana ſępe ac ſemeſa opſonia appoſuit.

Semiplotia ſolee quibus vtebant̃ in venãdo quo planius pedem ponerent.

Semeſtris luna dꝛ cũ menſis mediũ ꝑmenſa eſt ſpaciũ. Semeſtris res que eſt ſex menſiũ. Semeſtre aurum: ſex menſiũ annona pecuniaria.

Semimares penul. cor. ſemiuiri non ꝑfecte viri. Idem ſignificat ſemiuir ꝓ eunucho.

Semicinctiũ ſuccinctoriũ ꝙ mediũ hominẽ cingat: id ẽ veſtiat. Eſt enim genus veſtis breuiſſime quo venter ⁊ velanda tegunt̃. Hiero. cõtra rufi. Hoc ſolũ requiro ab eximia ſanctitate ⁊ cenſura tua: cuius tanta eſt puritas: vt ad ſudaria ſemicinctia tua dęmões rugiant: cuius exemplũ in ſcribendo ſequaris.

Semiferus penul. cor. nõ prorſus ferus: vt ceruus.

Semuncia dimidia vncia. Perſ. Sed nullo thure litabis Hereat in ſtultis breuis vt ſemũcia recti.

Semiuſtus dimidia parte vſtus. Seminudus dimidia parte nudatus. Semirutꝰ pe. cor. ex parte dirutus. Semipes dimidius pes. Semiuiuus idẽ quod ſemimortuus: et qñqꝫ debilis dꝛ et vigoris exigui.

Semiſpathiũ breuior enſis.

Semitogiũ breuis ⁊ quaſi dimidia toga: a quo Semitogatus.

Semiuocales: quaſi dimidiatum vocalium ſonum habentes.

Semita. penul. cor. quaſi ſemiter: via arcta dimidia vie Eſt em̃ minor qꝫ via. Vnde ſemito tas. de quo in dictione Limito.

Semiquinaria diuiſio eſt: cum in ſcandendo quinqꝫ pedes per dimidiũ diuiduntur: ita vt poſt duos pedes vltima dictionis ſuperſit: vt Arma virũqꝫ cano. Semiſeptenaria diuiſio cum id fit in ſeptẽ pedibus: vt Arma virumqꝫ cano troię.

Semodius quaſi ſemiſmodius. Iuue. Et tñ vno ſemodio ſcobis hęc emendat ſeruulus vnus.

Semiramis is. vel idis. Vnde accuſatiuũ ſemiramin: vel ſemiramidẽ facit: fuit nomen Aſſyriorum reginę Nini regis vxoris: quę mortuo viro res p̄claras geſſit. Verum eadem impudica ⁊ mollis fuiſſe traditur:

vtpote que filiū concubitū expetierit: et equū vſqꝫ ad coitū adamaſſe dicat̄. De hac Plutar. in apophthegmatis ſcribit. Semiramis quod ſibi ſepulchꝛū conſtruxerat inſcripſit litteris. Quicūqꝫ rex pecunijs indiguerit: patefacto monumento quot voluerit accipito. Itaqꝫ Darius ſublato lapide pecuniarū nihil inuenit: ſed alias reperit litteras que hec diceret. Ni malus vir eſſes ac nūmis inſatiabilis cadauerū loculos nō moueres. Semiramis lingua ſyria auē ſignificat. Namqꝫ ab auibus adhuc infans nutrita dicit̄. ſcribit Val. max. Dum die quadā circa cultū coꝛporis occupata eſſet ⁊ nūciaret̄ illi babylonē defeciſſe: ſoluta adhuc altera parte criniū protinꝰ ad eā expugnandā cucurrit: nec prius decorē capilloꝛū redegit in oꝛdinem ꝙ̄ tātā vꝛbē in ſuam poteſtatē reſtituerit Huius penulti. coꝛ. eſt. Iuue. Quod neqꝫ in aſſyrio pharetrata ſemiramis oꝛbe. Exercitum ſcribit Suidas ipſius πεζου μεν μυριαδας ιππικου δεεκαιον δρεπανηφορων δε αρματων μυριαδας δεκααρνθρων επικαμηλων μαχομενων ισον πληθος αλλων δε καμηλων μυριαδας εικοσι βυρσας δε βοων ωμοδεψη των εις λ μυριαδας ναυς ναυπηγεις θαι τρισχιλιας: ⁊ mlt̄a alia q̄ pꝛoſequit̄ admiranda.

Semoueo es. penul. coꝛrepta ſeoꝛſum moueo. Augu. lib. v. cō. Statimqꝫ cognitū manu appꝛehenſa ſemouit a turbis: et tanti mali cauſam querēs: quod geſtū eſſet audiuit.

Sempiternū q̄ſi ſemꝑ eternū: vide in dictiōe perpetuū

Semperuiuū. herba que grece Aiçon dicitur. αει ſemꝑ ζαω viuo: herba hec folio carnoſo leni atqꝫ oblōgo. Duo eius genera ſunt. Maius in fictilibus vaſculis ſeritur qꝺ aliqui buphthalmon a ſimilitudine: hoc ē bouis oculū vocant βους em̄ bos οφθαλμος oculus. Alij ζωοφθαλμον: hoc eſt animalis oculum ζωον em̄ eſt animal και οπτο εστιτο οραω ενθενοφθαλμος. Alij hypogeſeon quoniā fere in ſubgrundijs naſcit̄. Alterū genus ē minuſculū quod Erithelles vocatur: quaſi amoꝛ floreſcens θαλλω em̄ floreſco ſignificat. Aliꝺ Trithelles ꝙ ter floreat. Aliud Chꝛiſotelles ꝙ ter floꝛem pꝛoducat. Latini pꝛimū genus a ſemꝑ ſedendo ſedum: cū cubiti altitudinem excedat craſſitudine pluſqꝫ pollicari. Secundum vero oculū vocant: aut dignitatem pleriqꝫ ſemperuiuū. Quod minus eſt in muris parietiniſqꝫ naſcitur et tegiolis.

Sena: inſula bꝛitanico mari: aduerſa littoꝛibus Gallie auctoꝛ Pōponi lib. iij. Eſt et nomē ciuitatis inclyte in Thuſcia quā Brenus Galloꝛū dux pꝛo ſenibus valitudinarijſqꝫ et armētis extruxit anno ante chꝛiſti aduentū. ccclxij.

Sennaar campus babylonis in quo turris extructa eſt. Inde egreſſus Aſſur edificauit niniuen.

Senex dictus videtur quaſi seminex: ꝙ acta maioꝛe ſue etatis parte iam moꝛti ꝓpinquioꝛ ſit. Et eſt generis cōis ſc̄m Priſcia. Var. de lin. la. Et tua amica ſenex. Huius genitiuus eſt ſenis: vel ſenicis ſc̄m analogiā. Plau. in ciſ. Vos negocioli ſenicis ſoletis eſſe. Cōparatiuū eſt ſenioꝛ: qꝺ valde ſenem ſignificat. Ouiꝺ. li. xij. me. Tum ſenioꝛ: quis obſtet mihi longa vetuſtas. Quitili. de Iſocrate. Eo namqꝫ ſenioꝛe: octauū em̄ ⁊ nonageſimū compleuit annū: pꝛecipere Ariſtoteles pomeridianis ſcholis cepit. Capitur quādoqꝫ etiā ſenioꝛ pꝛo magis ſene. Seneca ep̄la. lxxv. Quēadmodū ex duobus ſapiētibus qui ſenioꝛ deceſſit nō eſt beatioꝛ eo cuius inter paucioꝛes annos terminata eſt virtus. Et eſt ſenioꝛ gene. cōis. Amb. Et ideo cū angelus abſcondita nunciaret: vt fides aſtrueret̄ exemplo ſenioꝛis femine ſteriliſqꝫ conceptū virginis marie nunciauit. Senes vocantur ꝙ̄tum ad priuatā ipſoꝛum vitā ꝙ vſqꝫ ad ſenilem etatē vixerunt. Veteres ꝙ̄tum ad publicū tempus ꝙ alia etate vixerunt etiā ſi ad ſenium non peruenerūt. Vtriqꝫ antiqui dicunt̄: ſed magis veteres ꝙ̄ ſenes.

Senectus/ſenecta: ſeniū ſenitudo et ſenitas in eodē ſenſu accipiunt̄ pꝛo ſenum etate. Sed non dicitur ſenecta etas niſi dicamus etas ſenecta. Eſt autē ſenectus ſexta hominū etas dicta a ſenario numero: vel a ſentiendo: ꝙ in ea ſenſus deficiat: ſiue a ſeneſco is. ſenui ſenectū. Unde ſenectus a. um. nomen verbale. Sal. lib. iiij. Hiſto. Omnes quibus ſenecto coꝛpoꝛe animus militar̄ erat etas quidē incipit ab infantia vſqꝫ ad ſeptimū annū que dicitur a nō fando: quia homo in ea nō fatur: vel ſi fatur imperfectus eſt ſermo. Secunda pueritia cuius pars eſt pubertas vſqꝫ ad. xiiij. Tertia adoleſcētia. Quarta iuuenta. Quinta virilis etas. Sexta ſenectus cuiꝰ pars eſt decrepitas. Senectus etiā dicit̄ coꝛium vetus quo ſerpentes exuunt̄. Vide in dictione Vernatio.

Seniū idē quod ſenectus. Dicimus em̄ hic homo cōfectus eſt ſenio. Quādoqꝫ etiā dicit̄ tediū/triſtitia/⁊ moleſtia: ꝙ ſenes om̄ibus odio ſunt. Turpil. Quia odio ac ſenio mihi nuptie ſunt. Neuius ſenium ſonticum appellat quaſi nocens: quia ſenectus naturalis moꝛbus eſt: vt inquit Ariſtoteles.

Seneo es. ſenui/ſenectū: a quo ſeneſco ſenex fio. Unde et Conſeneſco: quod Var. poſuit pꝛo putreſio: cum ait: Ob quam remoua: aut inequaliter matureſcunt aut conſeneſcunt.

Senecio diminutiuū eſt a ſenex: quo noīe etiā dicta eſt herba ꝙ vere caneſcat: que alio noīe Erigeron vocatur: in tegulis et in muris naſcens ſpecie et mollicia trixagenis cauliculis ſubrubicūdis.

Senio in talis ſex puncta continet. Nā a ſenario numero dici videt̄. Uñ et eius iactus putilis erat. Interdum etiā damnoſus ſicut ⁊ canis. Nam qui iecerat canem: aut ſeniōnē: ille denarios ſingulos ꝯferebat in mediū: vt ē apud Sue. in Aug. De ſeniōe ⁊ cane. Mar. Senio nec noſtrū cū cane quaſſat ebur. Perſ. Iure: etenim id ſummū qꝺ dexter ſenio ferret Scire erat in voto. Exiſtimāt eruditi ſenionem ſignificare quaternariū ꝙ .ſ. qui iecerat duos ſeniones ille quattuoꝛ nūmos lucrabatur.

Senatus tus. et ſenati a ſenectute: vel a ſinendo: quia magiſtratibus nōplus licebat: ꝙ̄ ſenatus permitteret. Et ſignificat tam locū in quē ſenatoꝛes cōueniūt: ꝙ̄ ipſos ſenatoꝛes:

Senatuſconſultum: id eſt ſenatus ſententia: quod fiebat aut per rogationem cum rogabatur vnuſquiſqꝫ ſententiam quam verbis efferebat: aut per diſceſſionem: quando pleriqꝫ idem ſentientes in vnam partē pedibus ibant: ſicut teſtatur Gel. lib. j. Flauius Uopiſcus de Aureliano. Deinde alijs manum poꝛrigentibus: alijs pedibus in ſententiam euntibus pleriſqꝫ verbo conſentientibus: conditum eſt ſenatuſconſultum.

Senaculū: vbi ſenatoꝛes cōſultandi gratia ꝯſiſtebant. Val. ſcribit ſenatū apud ſenaculū habitare conſueuiſſe: vt cū a curia vocaret̄ pꝛeſto adeſſet.

Senatoꝛes inquit Plutar. in pꝛoble. alios patres vocant: alios patres ꝯſcriptos qꝛ pꝛimis a romulo alij additi ⁊ conſcripti: vel qꝛ qui ſentētiā dicūt cōſcripti ſunt: qui nō ſolū patres vocati. Ulp. dicit ſenatoꝛes qui a patricijs ⁊ conſularibꝰ vſqꝫ ad omnes illuſtres viros deſcendūt quia hi ſoli in ſenatu dicere ſententiā poſſunt: appellatiqꝫ ſunt ab etate ꝓuecta ꝙ tales in p̄ncipio in ſenatū electi fuere. Sed ⁊ a ſinēdo dici poſſunt ſenatoꝛes: qm̄ ipſi agendi facultatē dabant.

Senatoꝛius a. um. quod eſt ſenatoꝛis: vt ſenatoꝛia di-

gnitas. Aug.lib.ij.de ciui.dei. Romani hominibus ſcenicis nec plebeiā tribum: quanto minus ſenatoriā dehoneſtari ſinunt.

Senarius a.um. quod conſtat ex ſex rebus: vt ſenarius numerus. hinc Senarioli dicti ſunt verſus a ſex pedibus. Cice.lib.v.tuſ. Tenebam eñ quoſdā ſenariolos quos in eius monumento eſſe inſcriptos acceperam: qui declarabant in ſummo ſepulchro ſpheram eſſe poſitam cum cylindro.

Sentio is.ſi.ſum. ſenſu percipio: quod ad corpus tātū pertinet. Unde quinq̃ corpor̃ ſenſus appellati ſunt: viſus/auditus/guſtus/odoratus/et tactus. Interdū ſentire ponitur pro intelligere. Cicero Nam et ipſe animus ſentit neſcio quid in ſe eſſe diuinū. Hierony. ad Pauli. Nolo vt offendaris in ſcripturis ſanctis in ſimplicitate ⁊ quaſi vilitate verboꝝ: que vel vitio interpretū vel de induſtria ſic prolate ſūt: vt ruſticā cōcionem facilius inſtruerent: et in vna eadēq̃ hora: aliter doctus: aliter ſentiret indoctus. Interdū iudicare. Plinius Junior. Cupio abs te intelligere quid ſentias. Interdū aduertere. Plau. in am. Nec nr̄m quiſq̃ ſenſimus cū peperit. Huius compoſita ſunt Aſſentio. Conſentio: qđ eſt conuenio. Lactan.lib.j. Si congruentes annos diuidas nūerus conſentiet. Inde conſentaneus a.um. pro cōuenienti. Cice.lib.j.offi. Ne igitur diſcipline ſibi ſi conſentanee velint eſſe de officio nihil queant dicere. Aliquādo conſentire eſt acquieſcere. Uñ conſenſus. Abſentio. Diſſentio. Preſentio/ante vel prius ſentio: hoc eſt aduerto ⁊ precognoſco. Cice. de diuina. Quia cōmodius arbitrat⁹ es ſeparatim id queri de eoq̃ diſſeri. Idē de diuinatione que eſt earū rerū que fortuite putantur predictio atq̃ preſentio. Hinc p̄ſentiſco. Preſentio perfecte ſentio: a quo preſentiſco. Terē. in heu Merito nunc ego ſuccenſeo: quot res dedere vbi poſſem perſentiſcere. Subſentio: aliquantū ſentio/aduerto. Idē. in eu. Et ſi ſubſenſi id q̄q̃ illos ibi eſſe id agere inter ſe clanculum.

Senſus us. a ſentio: ꝙ per eos tanq̃ per quaſdā feneſtras animus ſentit. Nam ſenſus ſunt qui ſentiunt: ſenſa que ſentiuntur. Et licet proprie ſenſus ſint corporis: conſuetudo tamē iam tenuit vt mente ꝯcepta ſenſus vocaremus que etiā ſenſa dicuntur. Cice.lib. de ora. Et qđ dicēdo exprimere ſenſa poſſumus. Auguſt. libro.ij. de ciui. dei. Non multo ſermone opus eſſet ad cōuincendū quemlibet vane opinionis errorem his qui recte ſentiunt: et ſenſa verbis ſufficientibus explicant. Et lib.xi. Sicut de viſibilibus que nō vidimus eis credimus qui viderunt: atq̃ ita de ceteris que ad ſuū quemq̃ ſenſum corporis ꝑtinēt itaq̃ de his que animo ac mēte ſentiuntur. quia et ipſe rectiſſime dicitur ſenſus. Unde et ſententia vocabulū accepit: hoc eſt de inuiſibilib⁹ que a noſtro ſenſu interiore remota ſunt. Accipitur etiā quādoq̃ ſenſus ꝓ intelligentia.

Senſus a.um. participiū eſt. Unde dicimus dolor ſenſus eſt a me.

Senſim aduerbium ſignificat paulatim: quia ea maxime ſenſum faciunt que morantur: quaſi cum meditatiōe et ſenſu. Plautus in Caſ. Senſim ſuper attolle limen pedes noua nupta. Cicero.lib.j.offi. Magis dicere cenſent ſapientes ſenſim diluere q̃ repente precidere.

Sententia modo iudicium dicitur: id eſt id quod animus ſentit: quod et credulitas ⁊ opinio vocari ſolet vt nemo eſt in ciuitate cui non liceat libere ſententiam ſuam dicere. i. pronunciare quod habet in animo Salu. At. M. Porcius cato rogatus ſententiā huiuſmodi orationē habuit. Modo dicitur iudicatum: hoc eſt cum ex lege: vt ex equo et bono ſententia dicitur: vt iudex in cauſa mea ſententiā dixit. i. ſanciuit qđ ius vellet. Et vt digeſtis de arbitris ſcribit Pau. Dicere ſententiā eſtimatur is qui ea mēte id pronunciat: vt ꝑm hoc diſcedere eos qui litigant a tota controuerſia velit. Modo capitur pro eo quod verba ſonant. Uñ dicere ſolemus. Hic etiā obſcure loquitur: vt nulla ex verbis eius ſententia colligi poſſit. Que ſic diffiniri ſolet. Sententia eſt oratio generalē pronūciationē habens que vel hortatur vel dehortatur: vel demonſtrat: vt nil metuant qui non deliquerunt penas. Sententias etiaꝫ vocamus limina orationis p̄ſertim que in clauſulis ſunt breuiter collecta: vt obſequium amicos: veritas odiū parit: Hinc ſententioſus a.um.

Senſiculus dimi. a ſenſu. Quinti. Inde minuti corruptiq̃ ſenſiculi ⁊ extra rem petiti.

Senſibile dicitur de eo quod ſentitur ⁊ de eo qđ ſentit. Dicitur autē ſenſibile quod per oculos vel aures vł olfactum vel guſtum vel tactū: quaſi quandā noticiā prebeat ſui.

Senſile penultima correpta: idem quod ſenſibile: hoc eſt quod ſenſui ſubiectum eſt. Inſenſibile quod ſentiri non poteſt. Lucr.lib.ij. Ex ſenſibilibus nec credas ſenſile gigni.

Senſificus a.um. quod ſenſus cauſam preſtat. Macro. Spiramentum ſenſificum ad ſuaqueq̃ loca naturali lege ducentes.

Sentina penul. pro. pars nauis inferior in quā quicq̄d inſtillat aquarū defluit: corrupteq̃ male olent: a ſentio is. ꝙ eius fetor ſentiat̃. Nā odorē fetidū emittit. Juue. Si iubeat coniunx durū eſt conſcendere nauē: Tunc ſentina grauis: nunc ſummus vertit̃ aer. Per tranſlationē ſentina dicit̃ oīs locus qui ſceleratorū hominū receptaculū ſit.

Sentino as. ſatago/ ac ſubtiliter ꝑiculū euito a ſentina nauis quā quiſq̃ vt aqua liberet euacuare cōtendit. Cecil. Capit conſiliū poſtq̃ ſentinat ſatis.

Sentinū vmbrie oppidū qđ nunc ſaxūferratū appellat̃: a quo Sentinates populi dicti ſunt. Uocatū ſentinū ab amne qui ſentinus dicitur.

Sentis ſpina: ꝙ a tangentibus q̃primū ſentiat̃. Hinc Senticoſus a.um. ſpinoſus ⁊ aſper. Lucil. Ce ſenticoſa verba pertorquet.

Senticetū locus in quo ſentes ſunt.

Sentus piloſus/horridus: q̄ſi ſpinoſus. Terē. in enu: Uideo ſentū ſqualidū egrū annis panniſq̃ obſitū.

Senones pp̄li Gallie finitimi belgis qui olim vrbē romam incenderūt ⁊ capitoliū obſederūt hos Furius Camillus aggreſſus adeo cecidit: vt incendiorū veſtigia gallici ſanguinis vndatiōe deleret. ſcribit Uerrius ideo ſenonas appellari: q: noui venerūt ex trāſalpina gallia quaſi cenonas littera immutata. καιρος eñ grece latine nouus dicit̃.

Seorſum aduerbiū vernacula lingua ſignificat da parte. Hiero.lib.j. Re. Da partē quā dedi tibi: et p̄cepi vt reponeres ſeorſuꝫ apud te. Dicit̃ ⁊ ſeorſus a.um. remotus. Uirg̃. lib. de eſt ⁊ non. Pariter nōnunq̃ ſepe ſeorſis obſiſtunt dubijs.

Separo as. pe. cor. diuido/ diſtraho a ſe et paro. Hinc diſſeparo et aduerbiū ſeparatim diuiſim. Sal. Oia virtut̃ premia ambitio poſſidet: neq̃ mirū vbi vos ſeparatim quiſq̃ conſiliū capitis.

Sepes is. et ſeps pis. fe. ge. q̄ obiectū introitū ꝓhibet.

Seps maſcu. ge. paruus ſerpēs: ex cuius ictu membra percuſſa putreſcunt: ab σηπω quod eſt putrefacio. Nam quicquid momorderit: reſoluit̃ in putredinē. Luc. Oſſaq̃ diſſoluens cum corpore tabificus ſeps. Pli.lib.xxix. Lacerta quā ſepa: alij chalcidicē vocāt. Auſo. An libye ferale malum ſit romula vox ſeps. Suidas tū σησ σηποσ οσ κωληξ λεγει.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sepio is.iui.itũ. vel ſepſi ſeptũ: ſignificat teneo impodio: dictũ a ſepibus q̃ obiecte intercludũt iter. Hier. in Eſaia. Sepiuit eam ⁊ lapides elegit ex ea. Huius cõpoſita ſũt Cõſepio: circũſepio: interſepio: ꝑſepio: quod eſt ſepem ante facio.

Septa generali vocabulo dicunt̃ oĩa loca munita et quodã ſepimento vallata. Inde ſtabula ouilia/bubilia/caprilia et id genus reliqua: ſepta nũcupant̃. Vñ ⁊ ſepta aliqñ pro ouilib⁹ ponunt̃. Virg. Quis multa meis exiret victima ſeptis. Ecõuerſo Luc. Et miſere maculauit ouilia romę. Inde in Martio campo loca incluſa tabulatis in quibus ſtãs populus romanus ſuffragia ferre cõſueuerat: ſepta dici meruerunt ad ſimilitudinẽ ouiliũ. De quibus Mar. In ſeptis mamura multũq3 diuq3 vagatus. Var. de re ruſ. appellat ſepta omnia que habẽt incluſa anialia que paſcunt̃. Idẽ inq̃t intra ſepta villę habeas aquã. Apud eũdem inſcriptio eſt de fundo ⁊ ſeptis ſepio munio. Inde ſeptus locus: ſepta villa: ſeptũ tectũ. Juriſcõſulti accipiunt ſepta pro ouilibus ⁊ clauſtris quibus vtimur ad impetus fluuiorũ coercendos.

Sepimentũ id dicit̃ quo aliquid ſepit̃. Var. Primũ naturale ſepimentũ qđ obſeri ſolet virgultis aut ſpinis quod habet radices viue ſepis.

Sepia gen⁹ piſcis qui emiſſo cruore atro occultat iter. Perſi⁹. Nigra ꝙ infuſa vaneſcat ſepia lympha. Eſt ⁊ ſepia ſcopulus iuxta Athenienſium littus: vt inq̃t Herodotus. Suidas. σηπια οιχθυσ αρισ τοφανησ καθησο τοιπυρ σηπειασ μασσω μενοσ ο ιονει τρυφων διατην εξουσιαν.

Sepius ciuitas q̃ nũc ſipontũ đr a ſepiarũ multitudine fluctibus eiectarũ.

Sepũ: quod ⁊ ſeuũ đr: fit ex aĩalib⁹ vna parte dentatis ⁊ cornigeris. Hinc ſepatius a.um. qđ ex ſepo eſt vt candele ſepatie. Apul. Tota domus cõpletur tedis lucernis cereis ſepacijs et ceteris nocturni luminis inſtrumentis. Sunt qui legant Sebũ et Sebo as.

Sepelio is penul.cor.iui.itũ. et ſepultũ. Ouid in hero. Et ſepeli lachrymis ꝑfuſa fidelib⁹ oſſa. Quod verbũ a ſepio quidã deducunt: quia cadauer terra: vel alio materię genere circunſepit̃.

Sepultus đr quocunq3 ꝯditus ſit: humatus vo nõ niſi humo contectus. Aliqñ ſepultus ſumit̃ pro eo qui mortuo ſimilis: q̃ſi ſine ſenſu iacet. Virg. Inuadunt vrbem ſomno vinoq3 ſepultã.

Sepulchrũ locus in quo corpus oſſaq3 hominis ſepulta ſunt: quaſi ſeorſum a pulchro: vt inq̃t Ser. Propter recordationẽ dolorꝭ. Vel đr a ſemis: q2 pulchrꝰ ſupꝰficie intus oſſibus plenũ eſt. Vel ſm Do. ꝙ ſine re pulchra ſit. Aut ꝙ ibi ſine pulſu ſint id eſt mortui. Aut a ſeparãdo ꝙ illic animę a viuis ſeparent̃. Sed melius eſt vt ſepulchrũ dicat̃ a ſepeliẽdo: ſicut ſimulachrũ a ſimulando: et lauachrũ a lauando: tñ cum h. ſcribendũ cenſeo. Sepulchri autẽ appellatione oĩs ſepulture locus continetur.

Sepulchrale: quod ad ſepulchrꝰ pertinet: vt cerimonie ſepulchrales quę pertinẽt ad funerationẽ impenſam ſtructuramq3 ſepulchrorũ. Titulus eſt apud iuriſcõſultos de religioſis et ſumptibus funerũ. Cice. Refert leges quib⁹ precipitur ſepulchrorũ magnificentiam eſſe minuendam.

Sepultura qñq3 ſepulchrum đr: qñq3 ſepeliendi actus. Pli. Poſt ſepulturã alie maniũ ambages ſunt.

Seplaſia: fuit forũ Capuę in quo vnguẽtarij negociabant̃: cuius delicijs fractã fuiſſe punicã ferociã teſtatur Val.max.lib.ix. Cice. contra Rul. Jam vo qui metus erat tunicatorũ illorum in albana et ſeplaſia. Hinc ſeplaſiarius pro vnguentario et effeminato. Lampr. in heliogabalo. Pinxit ſe vt Cupedinariũ vt ſeplaſiarium: aut popinarium propter vnguenta quę ſeplaſię conficiebantur.

Sepono is.pe.pro. diuido ⁊ miſſum facio qđ dicimus metere da cantõ. Quinti. libro.xij. In conſilijs vero quę ratio ſuadendi eſt ab honeſti queſtione ſepoſita id eſt diuiſa. Liui.lib.j. Pecuniã in ędificationẽ eius templi ſepoſuit. Lactan. lib.ij. Seponatur interim nobis hic locus de ira dei diſſerendi. Hiero. Sepoſitis occupationibus quibus arctabar huic vnã lucubrationem dedi.

Septentriones: ſunt ſeptẽ ſtellę ex quibus quaſi iuncti triones figurant̃. ſcribit Var. Triones ruſticorum vocabulo boues vocari q̃ſi teriones: hoc eſt arandę terrę ac colẽdę idonei: vel ideo magis hę ſeptẽ ſtellę triones appellate ſunt: qm̃ ita ſite ſũt vt terne queq3 ſtellę proxime inter ſe trigona.i. triquetrã figurã conſtituant: quã recentiores vocant triangulũ. Ex ſeptẽ ſiquidẽ ſtellis duę pariles vno in loco videnť que ꝓ bobus accipiunt̃: relique quinq3 plauſtri figurã deſignãt. Itaq3 et proximũ huius ſidus bubulcus: id eſt bootes appellat̃: q̃ more bubulci currũ ſequit̃. Hoc ſid⁹ a figura: q2 ſimile plauſtro videt̃ antiqui grecorum αμαξαν.i. plauſtrum dixerunt noſtri a bobus iunctis ſeptentrionales appellarũt. Ab his etiã ventus ſpirat: qui hauſtro obiectus eſt: et latine ſeptentrio: et ſeptentrionalis ventus: et ſeptentrionarius. Grece vo ꝙ ab arcto flat aparctias appellat̃.

Septicollis dicta eſt vrbs roma: ꝙ ſeptẽ colles habeat Palatinũ. Quirinalẽ Auẽtinũ Celiũ Viminalẽ Exquilinũ et Janicularẽ.

Septuns nomen dictũ a ſeptẽ et vncia.

Sequana pe. cor. fluuius Belgarũ in gallia iuxta quez habitãtes Sequanici dicti ſunt: et Sequani. Hodie Burgundie ducatũ incolentes: heluetijs heduis ac lingonibus finitimi. Luc.lib.j. Optima gens flexis in gyrum ſequana frenis. Mar. Hãc tibi ſequanice pinguem textricis alumnam.

Sequeſter ſtris.ſtre. Et hic ⁊ hęc ſequeſtris ⁊ hoc ſequeſtre. Et ſequeſter a.um. Et pace ſequeſtra inq̃t Virg. Plau. Haud fugio ſequeſtrũ. Eſt aũt ſequeſter apđ quem plures candẽ rem de qua controuerſia eſt depoſuerunt. Dictus vt docet Gel. ꝙ eius qui electus ſit vtraq3 pars fidẽ ſequatur. Eſt enim medius inter duos altercãtes apud quẽ aliquid deponitur. Quapropter virgꝭ. pacem ſequeſtrã inducias appellauit: ꝙ media ſit inter bellum pręteritũ et futurũ. Unde Aſco. Sequeſtres ſunt apud quos pecunia deponitur. Cice. in ver. Aut ſequeſtros aut interpretes corrumpendi iudicij.

Sequeſtro as. apud ſequeſtrũ depono. Unde ſequeſtrata res dicitur. Interdũ ſequeſtrare eſt ſeparare. Hiero. Quia petitis vt vobis diuerſos pſalmos ꝑ ordinem ſequeſtrem.

Sequeſtro aduerbiũ. Cato. Per deũ immortalẽ nolite vos ſequeſtro ponere.

Sequor eris. ſecutus: a ſeco fit: et eſt verbũ cõmune ſm Priſ. Vñ et in euã. legimus in ſignificatiõe paſſiua: Et ꝑſequimini de ciuitate in ciuitatẽ. Hui⁹ cõpoſita ſunt Aſſequor/conſequor/exeq̃r/inſequor/obſequor/perſequor/proſequor/ſubſequor. Pediſſequ⁹ ⁊ odorinſequus: que oĩa habent pe.cor.

Sequela penul.pro. ipſe ſequendi actus.

Sequax quod aliquid ſequit̃. Sene. Ceteriq3 ariſtippi ſequaces. Leo papa. Sed tu iudaice cęcitatis ſequatior non imitaris fidem gentiũ. Aliquãdo ſignificat id qđ ſe ſpargendo dilatat. Perſi. Quorũ imagines lambũt hedere ſequaces. Sequacem vero materiã appellat Pli. inherentem.

Sera per ſimplex r. inſtrumentũ eſt quo claudunt̃ oſtia. Ab aſſerere qđ ſignificat admouere ꝙ forib⁹ admote ſere opponũtur defixe hoſtibus: habetq3 pmã cor.

Iuue. Pone ſerã cohibe: ſꝫ q̃s cuſtodiet ip̃os? Hãc etiã patibulũ vocant: ꝙ ea remota value pateſcunt. Var. a ſarrire deriuat: qđ eſt aperire. Eſt ꝛ ſers nomen vꝛbis in aſia ſcythica.

Sero as. claudo. Col. lib. vij. de mule fẽminibus loq̃ns Fẽmina inquit ſerari ꝛ interdũ inuri ſolet. Huius cõpoſita ſunt: Obſero / pro occludo. Terent. in eu. Tu abi atq; obſera oſtiũ intus. Reſero / aperio.

Serra per duplex rr / inſtrumentũ dentatũ quo ligna et lapides ſecant. Col. lib. vj. Uno ictu arborẽ pꝛecidi ſi min⁹ ſerra deſecari. Mar. Et pingues tunicas ſerra ſecare potes. Itẽ ſerra inſtrumentũ ligneũ dẽtatũ quo trahẽtibus bobus hoĩes toꝛquebant. Itẽ eſt genus piſcis maritimi: vt apud Ambꝛo. li. Hexa. Serra pꝛliari dicit cũ aſſidue accedit / receditur q;: nec vllo tpe conſiſtitur: vt ſerra facit / dum aliquid ſecat.

Serrula diminutiuũ / parua ſerra. Col. lib. iij. Et ſi fieri põt iuxta aliquẽ nodũ ſerrula deſecato.

Serro as. ſerra per mediũ ſeco. Hiero. li. ij. Reg. Populũ eius adducens ſerrauit. Syri⁹ lib. vj. Auro ſerrauit ramos iunonius anguis.

Serratus a. um. qđ eſt ſerra factũ: Et qđ ad modũ ſerre factũ eſt. Uñ ſerrati dẽtes / q̃ inter ſe diſtincti ſunt ad ſilitudinẽ dentiũ ſerre pectinatim ſeſe ſtipãtes. Pli. Dentiũ tria genera. Serrati / aut cõtinui / aut exerti. Serrati pectinatim coeũtes ne ꝯtrario occurſu atterantur / ſerpẽtibus / piſcibus / canibus. Cõtinui: vt boui / equo. Exerti: vt apꝛo / elephanto.

Sero is. ſeui. ſatũ / ſignificat ſemino. Hiero. in Leui. Si triginta modijs hoꝛdei ſeritur terra. Quinquaginta ſiclis vendet argenti. Aliquãdo ſignificat plãto. Lactan. lib. ij. Terrã ſtudioſe coluit / ac vineã ſuã manu ſeuit. Unde arguũtur qui auctoꝛẽ vini liberũ putant. Per trãſlationẽ Serere q̃nq; capit ꝓ generare. Uñ Satus. i. generatus. Hui⁹ cõpoſita ſunt Aſſero / circũſero. Pliñ. lib. xxj. Et geniſtas circũſeri aluearijs gratiſſimũ: Cõſero / diſſero / deſſero / exero / inſero / interſero / obſero / reſero ꝛ ſubſero: quẽ habent penulti. coꝛ. de quibus locis ſuis.

Sero is. ſerui ꝑ diuiſas ſyllabas ſertũ / ſignificat admoueo. Uñ Aſſerere manũ veteres dicebãt cõpꝛehẽdere / cum eã pꝛehẽdebãt in libertatẽ. Itẽ texere ꝛ oꝛdinare: Qm̃ ea q̃ oꝛdinant annectunt inuicẽ atq; cohẽrent. Inde ſerta coꝛonẽ dicũtur ꝛ ſeries.

Seranus / cognomẽ ſumptũ a ſero ꝓ ſemino ſeu plãto. Coꝛnu. Q. Cincinatus cum ſuũ agrum ꝛ araret ꝛ ſereret. Dictatura ei a ppl̃o romano delata ẽ. Qui cõtra ſamnites ꝓfectus victoꝛ extitit / qui a ſerendo ſeranus appellatus eſt.

Series / oꝛdo ꝛ quaſi quẽdã rerũ cõtinuata pꝛogreſſio: a ſerẽdo. i. oꝛdinando dicta: vt in ſerie oꝛationis. i. in contextu. Uale. maxi. Quis cõpos mẽtis domeſticẽ peregrineq; hiſtoꝛiẽ ſeriẽ fẽlici ſuperioꝛũ ſtilo conditam vel attentioꝛe cura vel pꝛẽſtantioꝛe facundia traditurũ ſe ſperauerit?

Seres populi aſiẽ / ſcythicẽ a ſera vꝛbe ſic dicti: apđ q̃s arboꝛes ſunt: quẽ nõ ſolũ folia: ſed lanam quoq; pꝛoferunt tenuiſſimã. Nam ex earũ frondibus caniciem depectunt aqua perfuſam: ex quo vellere veſtimenta cõficiunt quẽ ſerica nuncupantur. Uirgi. Velleraq; vt folijs depectãt tenuia ſeres. Hui⁹ noĩs nominatiuus ſingularis eſt ſer. Sidonius Aſſyrius gẽmas ſer vellera / tura ſabeus. Auſo. Iam pelago volitat mercatoꝛ veſtifluus ſer. Nam ꝛ vermiculus ipſe: vt auctoꝛ eſt pauſanias ſer appellatur.

Sericus a. um. pe. coꝛ. qđ eſt cõfectũ ex ea lana. Uñ veſtem ſericã dicimus. Hinc fit holoſericus: vt veſtis holoſerica: ex ſerico cõtexta ſine alia materia. Subſericus. a. um. qđ nõ eſt plene ex ſerico.

Sericũ ſubſtãtiuũ / veſtis ſerica. Hiero. ad Paulã: Habeant ſibi cẽteri ſi velint ſuas opes: vaſe gẽmato bibant / ſerico niteant / plauſu ppl̃i delectent: ꝛ ꝑ varias voluptates ſuas diuitias vincere nequeant.

Sericatus / qui eſt indutus ſerico. Sueto. de Calig. Armillatus ĩ publicũ ꝓceſſit: aliq̃ñ ſericat⁹ ꝛ cycladat⁹.

Sericarius / textoꝛ ſericoꝛũ. Iuli. Firmic⁹ lib. viij. Matheſeos refert ſericariũ textoꝛẽ naſci q̃ habuerit hoꝛoſcopũ in. xxviij. parte arietis.

Serius / fluuius ciſalpinẽ Galliẽ per bergomatẽ agrum in Aduã fluens: a quo vallis ſeriana in eodẽ agro populoſa artificioſaq; noĩata eſt.

Serius a. um ſignificat graue. Terẽ. in eu. Ait rem diuinam feciſſe ꝛ rem ſeriã velle agere mecũ.

Serio aduerbiũ / ſignificat vere ꝛ cũ grauitate. Plaut⁹ in am. Nunc quidẽ ꝑter nos nemo eſt dic mihi verũ ſerio. i. ſine riſu. Teren. in eu. Miſit poꝛro oꝛare vt venirẽ ſerio. i. cum effectu.

Seria ſunt q̃ iocis opponunt. Nã ſunt vera ꝛ grauia. Acti⁹: Uos nugas affertis / nos ſeria loq̃mur. Mar. Parce pꝛecoꝛ ſocero ſeria foꝛſan amat.

Serus a. um. modo tardũ ſignificat. Plau. Quid tã ſera aduenis? Hinc col. li. j. cõparatiuũ foꝛmauit. Sationes eius duas ſeruam⁹: alterã maturã per mediã ſementẽ: ſerioꝛẽ alterã menſe febꝛuario. Actius: Ne ſi foꝛte paulo q̃ꝫ tu veniã ſeri⁹. Modo ſignificat grauem magnũ. Salu. Serũ bellũ in anguſtijs futurũ. Uirgi. Seraq; terrifici cecinerũt oĩa vates.

Sero aduerbiũ / ſignificat tarde. Senec. in trag. Sero nos illa referat ſenectus nemo ad id ſero venit. Aliquãdo ſignificat veſꝑe: qđ eſt poſt occaſum: aliquando poſt tp̃s. Qđ em̃ poſt ſolis lucẽ ẽ: id vere poſt tp̃s dici põt. Cice. Cũ accuſatoꝛ Milonis idẽtidẽ interrogatus ꝑſtaret: quo tpe clodi⁹ eſſet occiſus: vꝛbane r̃ndit. Sero quaſi poſt id tp̃s quo debuiſſet occidi.

Serũ ſubſtãtiuũ / ſignificat extremã partẽ diei. Liuius: Erat iam diei ſerũ. Sue. in Aug. Nec multo poſt nauali ꝑlio apud Actiũ vicit in ſerũ dimicatiõe pꝛotracta: vt in naui victoꝛ ꝑnoctauerit. i. in hoꝛam veſpertinam. Et ſerũ dicit aqua lactis ad m̃ltos moꝛbos vtilis. Uirgi. Acremq; moloſum paſce ſero pingui.

Serotinus a. um. pe. coꝛ. a ſero pꝛo veſpere fit hoꝛa ſerotina: ꝛ tp̃s ſerotinũ. Et ſerotinus a ſero pꝛo tarde: vt poma ſerotina quẽ poſt legitimũ tp̃s: vel tardi⁹ cẽteris matureſcunt. Col. li. iij. Locis frigidis ꝛ auctũni tẽpoꝛibus aquoſis pꝛecoces ſerito: locis hibernis ſerotinas ſerito.

Seria ẽ. vas fictile oblongũ. Liui. lib. iiij. de ſecun. bel. pu. Et in vico hiſtrio fontẽ ſub terra tanta vi aquam fluxiſſe: vt ſerias doliaq; q̃ in eo loco erãt pꝛouoluta: veluti impetus toꝛrẽtis tulerit. Eſt ꝛ ſeria nomẽ vꝛbis Tuditanoꝛũ in hiſpania.

Seriola dimi. a ſeria. Perſi. Seriole veterẽ metuẽs deradere limũ. Et ſerita eſt oꝛcarũ oꝛdo direct⁹.

Serapis is. idis. Et ſeraphis cũ ph ab aliquib⁹ ſcribit: cuius pe. indifferẽs eſt. Mar. Uincebant nec q̃ turba ſerapin amant. Idem Iſeũ ſeraphim nilus venerat oſirim. Fuit cognomẽ oſiridis. De quo ĩ dictione Apis dictũ eſt. Serapiũ vo dꝛ ẽdes ſerapidis: ſicut templũ Iſidis iſiũ. Lampriđ / in Alexãdro Iſiũ et ſerapiũ decenter oꝛnauit additis ſignis.

Seraphim cũ m tã neu. q̃ꝫ maſ. gene. eſt. Hiero. ad Furiã. Hẽc ſunt duo ſeraphim ter gloꝛificantia trinitatẽ. Seraphin cũ n pluralis numeri neu. generis eſt ꝓ Schoꝛo angeloꝛuꝫ. Unde quotidie in miſſis dicimus: Beata ſeraphin ſocia exultatiõe cõcelebꝛãt.

Serta coꝛonẽ dicunt a ſertis: hoc eſt a digeſtis inuicem floꝛibus frondibuſq;: ex quibus ab initio fieri coꝛonẽ ſolebant. Et ſubſtantiuũ eſt. Uirgi. Sertiſq; recentibus halant. Et ſerta ꝓcul tm̃ capite delapſa iacebãt. Cũ tñ dicam⁹ ſert⁹. a. um. vt ſertos floꝛes certas co-

ronas. Luc. Accipiunt ſertas nardo florēte coro nas.

Sermo/loquela a cōpoſitis ⁊ ſimul ꝯtextis verbis. Eſt
autē ſermo: vt Cice. lib. iiij. ad herē. ſcribit: Oratio re
miſſa ⁊ finitima quotidianę locutioni. Ser. Sermo
eſt conſertio orationis ⁊ confabulatio duorū vel plu
rium. Huius diminutiuū eſt ſermūculus. Hiero. ad
Mar. Duas epiſtolas quas ad ſororē tuā Paulam
huic ſermunculo annexui.

Sermocinor pe. cor. ſermonē facio. Pli. lib. x. Sup oīa
humanas voces reddūt pſyttaci ⁊ quidē ſermocinā/
tes. Hiero. Inter has ſermocinantes ſuſpiciūt alitē
corruū in ramo arboris conſediſſe.

Serenus a. um. pe. ꝓ. ſignificat trnnquillū ſine nubib⁹/
ſine imbre: qđ id maxime tp̄s ſationi aptū ſit. Qñq
ponit̄ pro ſicco. Vir. Vñ ſerenas vēt⁹ agat nubes.

Sereno as. clarifico/tranquillo. Virg. Vultu quo cęlū
tēpeſtateſq serenat.

Sereſco is/ſiccus fio/quaſi ſereneſco ⁊ ſerenus fio: quo
niā ſerenitas ſicca eſt. Lucil. Deniq fluctiuago ſuſpē
ſę littore veſtes Vueſcūt tandē candēti ſole ſereſcūt.
Aliqñ ſereſcere eſt in ſex abire. Pli. li. xj. Omne au/
tem lac igne ſpiſſat̄/frigore ſereſcit.

Seriph⁹/inſula in egeo mari vna ex cycladib⁹ vt Stra.
li. x. ſcribit. a qua fit adiectiuū Seriphi⁹ a. um. vt eſt
illud Temiſtoclis. Neq em̄ vel tu ſi athenienſis eēs
clar⁹ extitiſſes: aut ego ſi ſeriphius eſſem ignobilis.

Serpo is. pſi. ptū. ſignificat repo. ⁊ qñq quaſi i modū
ſerpētis circuio ⁊ paulatim decurro. Hiero. Cū leui
iuxta murmure ſerpet riu⁹. Hinc cōponūt̄ Inſerpo/
intro ſerpo. Claud. lib. j. Et raucū bibulis/inſerpere
murmur arenis. Proſerpo/porro ſerpo. Plini. Hęc
herba niſi ſata ſit mire ꝓſerpit. Hinc proſerpina.

Serpens/modo participiū/modo nomē tam maſculini
q̄ fęmi. generis. ⁊ generale eſt ad omnia quę ſerpunt
citra viſum pedū a ſerpendo dictū. Hinc Serpenti/
nus a. um. vt vox ſerpentina.

Serpula a veterib⁹ dicebat̄ quā nos ſerpentē dicimus.

Serpillus/herba paruoꝝ foliorū capillis ꝑ terrā ſerpē
tibus a quibus nomen accepit. Et in gręco aſpiratio
nez habet ερπιλλορ λεγ.ισιν οτι ερπωσο ερπι/
ιω. In multis enim nominibus quę in gręco aſpira/
tionem habent pro aſpiratiōe ſ ponitur εξ ſex hepta
ſeptē herpillū ſerpillū.

Serperaſta vocant̄ inſtrumenta quę geniculis pueroꝝ
alligant̄: vt cū his deprauata corrigant crura: a ſerpē
do dicta: ſerpunt em̄ magis pueri q̄ gradiantur.

Seruo as. libero. Virgi. Seruatū ex vndis ſtrophadū
me littora primū accipiunt. Itē cuſtodio tueor: vt dij
patrij ſeruate domū/ſeruate nepotez. Itē ſollicite ac
diligēter obſeruo. Plau. in aſi. Tuus ſeruus ſeruet
Veneri ne eas det an viro. Item inhabito/poſſideo.
Virgi. lib. iiij. geor. Centū quę ſyluas/centū q̄ flumi
na ſeruant. Itē Teneo. Idem li. vij. Curuā ſeruans
ſub imagiue falcē. Huius compoſita ſunt: Aſſeruo.
Plau. in cap. Aſſeruate iſtuz ſultis ſerui: ego ibo vt
couueniā ſenē. Cōſeruo. Cice. lib. ij. offi. Res familia
ris quęri debet his rebus a quibus abeſt turpitudo:
conſeruari aūt diligentia ⁊ ꝑſimonia. Obſeruo/pręſ/
ſeruo ⁊ reſeruo.

Seruus dict⁹ eſt a ſeruo as. Aug. li. xix. de ciui. dei. Ori
go vocabuli ſeruoꝝ inde credit̄ ducta/ꝙ hi q̇ iure bel
li poſſent occidi a victoribus conſeruabant̄: ſerui fie/
bant a ſeruādo appellati. Et eſt ſeruus q̇ dño alieno
cōtra naturā iuris inſtitutiōis ſubijcit̄. Huius dimi.
eſt Seruulus. Cōpoſitū ꝯſeruus/qui in ſeruitute pa
riter eſt: qui eiuſdem dñi ſeruus eſt.

Seruio is. iui. itū. proprie ad ſeruos pertinet. Eſt enim
ſeruire in ſeruitute eſſe. Interdū parcere/ſeruare. Te
ren. Rus habitatū abij concedens vobis: ⁊ rei ſerui
ens. Huius cōpoſita ſunt Aſſeruio. Cice. lib. ij. tuſ.
Toto corpore contentioni vocis aſſeruiūt. Deſer
uio/inſeruio/qđ eſt obſequor ⁊ quaſi officiū ſeruiētis
alicui ꝑſto/ſiue in rebus ⁊ negocijs alicui⁹ ſtudioſus
ſus ſum. Cice. lib. j. offi. A quo plurimū ſperant etiā
ſi ille his non eget: tamen ei potiſſimū inſeruit. Sub
ſeruio/parū vel leuiter ſeruio. Interdū quadro cōue
nio/reſpondeo. Terent. Venire me aſſimilabo: tu vt
ſubſeruias orationi vbicūq opus ſit verbis.

Seruitus pe. corre. ipſa ſeruiendi conditio. Aliqñ dña/
tus dicit̄. Terē. in an. Ut ſemper tibi apud me iuſta
⁊ clemens fuerit ſeruitus.

Seruitiū/idem qđ ſeruitus. Terē. Ego pamphile hoc
tibi pro ſeruitio debeo conari manibus/pedibus/no
cteſq ⁊ dies capitis periculū adire dum proſim. In
plurali ńo ſeruitia quādoq ipſi ſerui dicūtur. Salu.
Interea ſeruitia repudiabat quoꝝ in initio magnę co
pię ad eū concurrebant.

Seruile/qđ ſeruorū eſt: vł qđ ad ſeruos pertinet: vt ſer/
uilis conditio ⁊ ſeruile officiū.

Serapta/ciuitas phenitię/ apud quā naſcebat̄ vinū lau
datiſſimū. Unde ſeraptanū vinuz Sidoni⁹. Quęq
ſeraptano palmite miſſa bibas.

Serotum. vide in dictione ſcrotū.

Serbonis/pal⁹ iuxta mōtē caſiū auctor herodot⁹.

Seſſio/modo ipſum ſedendi actum ſignificat/mō ipſuz
ſedile. Cice. Tot locis ſeſſiones gymnaſioruz: id eſt
tot ſedilia.

Seſſiles pe. cor. lactucę dicunt̄ quaſi ſedentes.

Soſquialtera/proportio eſt q̄ tātūdē ⁊ dimidiū habet.

Seſquiplū/idem qđ ſeſquialterū qđ gręci hemolion ap
pellant. Verbū aūt ſeſqui vt Aug. interp̄tat̄ ꝓ eo qđ
eſt ſe abſq dictū videri pōt. Erat ⁊ vſurę genus ſeſcu
plum in iure pontificio dānatū. Qđ fit cū datur ſum
ma aliqua: ⁊ recipit̄ ſūma illa/cum ſua plica. i. medie
tate. vt diſ. xlvij. Nō licet fęnerari miniſtris altaris
vel lucra q̄ ſeſcupla dicunt̄ accipere. At ſexcuplū ꝑ x
dicit̄ quęlibet res ſexies multiplicata.

Seſquipes/vnū pedē ⁊ ſemis continet. Sic ſeſq̄mēſis
vnus menſis cum dimidia parte alterius. Var. li. j.
de re ruſ. Annus eſt diuiſus in quattuor partes tot⁹.
Et idem ſubtilius ſeſquimēſes in octo. Seſquilibra/
libra vna cum dimidio alterius. Seſquihora/vna ho
ra cum dimidia. Seſquiculeare/vas qđ ꝯtinet culeū
⁊ dimidiū alterius. Seſquimodius/qui cōtinet vnuz
modiū cum dimidia parte alterius. Var. lib. j. de re
ruſt. Ut nuces integras quas vno modio cōprehēde
re poſſis/ꝙ putamina ſuo quęq habent loco natura
compoſita cum eaſdem ſi fregeris vix ſexquimodio
concipere poſſis. Seſquiopera. Col. li. ij. Fabę occā
tur ſeſquiopera.

Seſtercius ⁊ ſeſtertiū per ſ ante t/quaſi ſemis terti⁹/eo
ꝙ cōtineat in ſe aſſes duos ⁊ dimidiatū tertiū. Vete/
ris cōſuetudinis fuit: vt ſemis anteponerēt: vt ſemiſ/
quartus/ſemiſquintus/ſemiſtertius: a quo Seſterti/
us. Et eſt cōpoſitio attico more facta. Illi em̄ επτα/
ημισυ ταλαντα. hoc eſt ſeptē ſemi talenta dixerūt
ſeruantes illud: vt expreſſius numerus ꝓ dimidio ca
peretur. Apud romanos ex ęre ſignato ꝯtinet libras
duas ac ſemis vel dipondiū ac ſemiſſem: ⁊ per duo
ll ⁊ ſ notabat̄: vt apud Cice. in ver. Valebatq mille
nūmos: vt ex Pli. intelligi licet: qui ſcribit Aſinium
celerē ſeſtertijs octo mulū emiſſe. Quod p̄ciū fuiſſe
octo miliū nūmū Macrobius tradit. Et nemo in or
dine equeſtri ſedebat ſpectaturus niſi ſeſtertia. xl. mi
lia poſſideret. Apud eruditos qñq ſeruat̄ vt ſeſterti⁹
maſculino genere vſurpēt ſignificātes minutulā ſum
mam ſeſtertia vero pro maioribus ſummis: vt. cccc.
ſeſtertia pro quadringentis milibus: q̄ ſūma eſt cēſus
equeſtris. Eſt etiā ſeſtertiū genus veli triplici licio te
xti: vt tertiū filū duob⁹ impar ſit. Suc. in Aug. Ita

vt in extremis ſpatijs ſubſultim dicurreret ſeſtertio
vel lodicula inuolutus. Hui⁹ diminutiuũ eſt Seſter
tiolus vel ſeſtertiolũ cum accentu in antepenul.

Sete dicuntur pili craſſiores rigidiqꝫ atqꝫ erecti quales
ſues habent. Unde ſetoſum, ſiue ſetigerũ animal vo
catur. Et a ſue dicte ſũt ſete: quaſi ſuete: a quo ⁊ Suo
ſuis deducitur.

Setuoſum/a veteribus dicebat̃ obſcurũ. Liui. Setuo
ſe abs te dat̃ qđ ꝯſecuta ſapiens egre cõtulit.

Setia/vrbs campanie: a qua ſetinũ vinũ. Mar. Pẽdu
la põtinos que ſpectat ſetia campos Exigua vetulos
miſit ab vrbe cados.

Seuerus a. um. pe. pro. quaſi ſecus. i. iuxta verũ: vel di
citur a ſeuus detracta a ⁊ prima ſyllaba correpta. Et
mõ ponit̃ pro graui ⁊ cenſorio. Uirg. Romulidis ta
tioqꝫ ſeni curibuſqꝫ ſeueris. Mõ pro crudeli ⁊ aſpo.
Idem: Qui tetrice horrẽtis rupes montẽqꝫ ſeuerũ.
Mõ pro triſti vitabili. Idem: Inuidia infelix furias
amnẽqꝫ ſeuerũ. Hinc Aſſeuero ⁊ perſeuero.

Seueritas/grauitas: que ẽ pars iuſticie qua iudex nihil
oĩno de ſupplicio remittit: neqꝫ a vero diſcedit adeo
vt videatur miſericordie contraria. Unde ⁊ pro cru
delitate ⁊ quadã nature toruitate ponitur: que ⁊ ſeue
ritudo dicitur. Plau. Quid illud eſt ꝙ illi caperatur
frons ſeueritudine?

Seuũ/pinguedo ex qua fiunt candele. Pliñ. lib. iij. Se
uum/ex omẽto pecudis. Serenus: Parua ſabuc⁹ in
eſt hircino collita ſeuo. Et eſt cornigerorũ dũtaxat q̃
in vna parte dentata ſunt: ⁊ que in pedibus talos ha
bent. Biſſulca vo ⁊ que pedes ſciſſos in digitos ha
bent ⁊ carent cornibus non ſeuũ: ſed adipẽ habent q̃
concretus eſt: ⁊ cum refrixit/facile frangit̃/ſempqꝫ eſt
in fine carnis ſine ſenſu: qꝛ nec arterias habet/nec ve
nas. Contra pingue inter carnẽ cutẽqꝫ eſt ſucco liqui
dũ: qđ etiã in aliquib⁹ ſine ſenſu eẽ manifeſtũ eſt. Un
de ſues viuẽtes a muribus tradũt roſas. Id pingue
in ſue Lardũ dicit̃. Hinc Seuoſus a. um. qđ inſtar
ſeui vngit. Legit̃ tamen ⁊ Sepum: a quo Seuo as.
ſeu ſepo as. qđ eſt ſeuũ impono ſeu candelas ex ſeuo
facio. Col. lib. ij. Ferijs autẽ ritus maiorũ etiã illa ꝑ
mittit far pinſere/faces incidere/cãdelas ſeuare: ſeu
vt quidã legunt ſebare/aut ſepare.

Seuoco as. penul. cor. ſeorſum ſeu in alterã partẽ voco
duco ve. Cice. li. ij. phil. Et ob ei⁹ conſilij ſocietatẽ cũ
interficeret̃. Ceſar: Tũ te a trebonio vidim⁹ ſeuocari

Sextans/ſexta pars aſſis: hoc eſt due vncie.

Sextarius/dicitur ꝙ ſit ſexta pars congij que menſura
apud antiquos tam liquidis q̃ aridis ſeruiebat. Ci
ce. li. ij. offi. Si emere ſextariũ aque mina cõgeret̃.

Sextula/ſexta pars vncie.

Sexus maſcu. generis: ⁊ hoc ſexus ſexi. Scđm Priſci.
Plau. in ru. Uirile ſexus nunqꝫ habui vllũ. Uar. lib.
j. de anal. Sexus vtrũqꝫ virile an muliebre an neutꝝ
ſit dici põt habitus vel natura ab ἕξω futuro indica
tiui: qđ eſt habebo aſpiratione in ſ mutata.

## S Ante J

Sbilon inſulã indie eſſe docet. Aug. lib. xxj. de ciui. dei.
Que ex eo ceteris terrꝭ prefert̃/ꝙ omnis arbor que
in ea gignitur/nunqꝫ folijs nudat̃.

Si coniunctio quãdoqꝫ adiunctiua: vt Si venias faciã.
Quãdoqꝫ cauſalis: vt eris doct⁹ ſi legas. Quãdoqꝫ
approbatiua: vt Si ꝯceſſa peto. Et ſi qua eſt celo pie
tas. Ser. Ibi ſi exponit pro ſiquidẽ. Et tũc iungit̃ in
dicatiuo. Nam ſubiunctiuo cõiuncta abnegatiua eſt
vt facerẽ ſi poſſem. Ponit̃ interdũ pro vtinã. Uir.
libro. vj. Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus
oſtendat. Interdũ pro poſtqꝫ. Teren. in Phor. He
rus ſi redierit molendũ vſqꝫ in piſtrino. Quãdoqꝫ ꝓ
non. Hier. in lib. j. Nume. Quibus iratus dñs iura
uit/dicens: Si videbunt homines iſti qui aſcenderũt
ex egypto terrã ⁊c. Nonnunqꝫ pro qꝛ ſeu ſiquidem.
Eſt eñ cõfirmãtis. Plau. in am. Si ſimilẽ rem ipe in
legẽ iuſſit eſſe iuppiter. Uir. li. j. geor. Ueſtro ſi mu
nere tellus Chaoniã pingui glandez mutauit ariſta.
Eius cõpoſita Sin/ſiqđ/ſiue/oſi/etſi/ſiclicet/ſiqs.

Si eſt vt admiſerit. i. ſi admiſit apud Terẽ.

Sibaris/oppidũ antiquiſſimũ ab vrbe. xij. milibus paſ.
diſtans. Aliud eſt oppidũ calabrie qđ trecenta mili
tum milia cõtra crotoniatas armauit. Cuius populi
ſibarite dicti ſunt de vicijs ⁊ luxuria intẽperãtes: qui
a crotoniatis turpiter victi fuere. Unde apud idone
os auctores ſibaris pro mollicie capitur/ꝙ ſcilicet
omniuz molliſſimi ⁊ delicatiſſimi fuerint ſibarite. Ex
quo vice prouerbij ſibaritice ⁊ ſibarice delicie dicun
tur: ⁊ ſibaritici ludi cũ modũ excedũt ſibaritici libel
li laſciui improbi petulãtes. A ſibaris etiã fit ſibari
tanus a. um. Scribitur a nõnullis per y ypſilõ. Fuit
⁊ hoc nomine fluuius in calabria. Et Iuuenis apud
Horatiũ. Lydia dic ꝑ omẽs te deos oro ſibarim cur
properes amando perdere.

Sibilus pe. corr. in ſingulari generis maſcu. In plurali
maſcu. ⁊ neu. Hiero. in lib. Iudi. Quare habitas int̃
duos terminos: vt audias ſibilos gregũ? Idem con
tra Ioui. Nec ſunt ſibila ſerpentis antiqui. Luc. lib.
ix. Cerberus orpheo lenibit ſibila cantu. Eſt autẽ ſi
bilus qui fit ore: vt equi/boues ⁊ hmõi/ſi ad bibendũ
ducant̃. Col. li. ij. Sibiloqꝫ allectari quo libentius bi
bant. Qđ tamen ⁊ de vento ⁊ hmõi dicitur. Uirgil.
in buc. Nam neqꝫ me tantũ veniẽtis ſibilus hauſtri.
Nec percuſſa iuuãt fluctu tum littora: Nec que ſaxo
ſas inter decurrũt flumina valles.

Sibilo/ſibilũ facio. Hiero. Per tranſlationẽ ad cbteſi.
Qđ per os eorũ intolerabilem diabolus ſibilet blaſ
phemiã. Huius cõpoſita ſunt: Aſſibilo/qđ eſt iuxta
ſeu retro ſibilo. Claud. lib. ij. Gorgoneiſqꝫ premens
aſſibilat hydris. Exibilo/extra vel valde ſibilo/aut tu
multuari ſibilatione eijcio. Cicer. in parado. Hiſtrio
ſi paululũ ſe moueat extra numerũ: aut ſi verſus ꝓnũ
ciatus vna ſyllaba breuior/aut longior exibilatur et
exploditur.

Sibylla cum y ante geminũ ll/puella dicit̃: cuius pect⁹
numen recipit: ⁊ que vaticinant̃: vt Lactã. ⁊ Uar. te
ſtantur. Et a conſilijs deorũ nunciandis veteres hoc
nomẽ impoſuerũt. Aeoles eñ σιους deos dicunt:
βουλη ſentẽtia ſeu conſiliũ dicit̃. Ergo ſibyllas q̃ſi
ſibullas. i. que dei ſentẽtias dixerũt. Hiero. ꝯtra Io
ui. ꝙ ſi eolici ſermõis genere ſibylla θεοβουλη ap
pellat̃ recte conſiliũ dei ſola ſcribit̃ noſſe virginitas
Sibyllas decẽ fuiſſe ſcripſit Uar. Prima fuit perſi
ca: ſecũda libyca: tertia delphica: quarta cimea in ita
lia: quinta Erythrea: ſexta ſamia: ſeptima cumana:
amalthea noĩe: Octaua helleſpontia: nona phrygia:
decima tyburtina noĩe Albunea. Suidas aũt plura
ſcribit de ipis ⁊ alio modo: ſed quoniã Suide noſtri
mentio facta eſt codices impreſſi ſunt emendãdi: vbi
eſt maximus error. nam dicit̃ σιβυλλα ρομαικη
λεξισ εστιν ερμηνευομενη προφητισ ηγουν
μαντισ immo debet dicere: σιβυλλα ρομαικη
λεξισ ουκ εστι σιοσ eñ eolice dicit̃ deus βουλη
cõſiliũ: quoniã ſcit deorũ ſecreta.

Sibur vnteres vocant callidũ ⁊ cautũ.

Sic aduerbiũ affirmãtis: vt feciſti ne hoc? Sic. Quan
doqꝫ ſimilitudinis. Uirg. Non ſic aggeribus ruptis
cum ſpumeus amnis exit. Qñqꝫ optãdi. Idem: Sic
pat̃ ille deũ faciat: ſic magn⁹ appollo. Eſt ⁊ cõiũctio
illatiua. Cice. Sic tot ſimul virtutes cõtinẽtie graui
tatis iuſtitie fidei defecerũt. i. igit̃. Nõnunqꝫ capit̃ ꝓ
valde. Apul. Nec ego rebar ſic multorꝫ id opus dic
rũ eſſe. Frequentius tamẽ in hoc ſenſu cõpoſitũ ſicqꝫ

reperiť. Duplicať etiam maioris expreſſionis cauſa.
Virgi. Sic ſic iuuat ire per vmbras. Fit aũt ſic a ſi.

Siccine/aduerbiũ interrogantis eſt. Plau. Siccine tu
illã? Siccine nos habes ludibrio omnis?

Sicut ⁊ ſicuti aduerbia ſimilitudinis ſunt. Interdũ ta/
men nõ res ſimiles/ſed diuerſas ⁊ plane ↄtrarias de
notant. Quintil. Sed hec eloquẽdi p̃cepta ſicut cog
nitiõi ſunt neceſſaria: ita nõ ſatis ad vim dicẽdi valẽt
Specto as: frequētatiuū ſignificat ſępe ſeu fixe intueor Lactā. lib. ij. Spectare nos cęlum deus voluit vtiq̄ nō fruſtra. Et referť ad oīa: ſed ꝓprie ad voluntatē. Uñ ſpectacula dicta ſunt. Interdū Approbo. Cice. li. v. tuſ. Non igiť ex ſingulis vocib⁹ philoſophi ſpectādi ſunt. Uñ ⁊ ſpectatores pecunię dicunť q̄ eā ꝓbāt. Interdū caueo: inſpicio. Plau. Spectādū ne tibi ānulū det neq̄ roget. Interdū Tēdo: ⁊ q̄ſi reſpiciēdo tēdo: vt apđ Cice. Ad extremū ſi ad pniciē patrię ſpectabit: patrię ſalutē antepones ſaluti pr̄is. Quintilia. Et qđ ad peſſimū ſpectat cunctū miſerabilis ſis oportet vt amator eſſe videaris. Interdū Cōparare Uirg. Si ad vitulā ſpectes nihil eſt ꝙ pocula laudes

Spectatores qui ad ludos ſpectandi cauſa conueniunt Plau. Nūc ſpectatores iouis ſūmi cauſa clare plaudite. Et ſpectatores ꝓbatores dicūť. Terē. i Eu. Cū meipſum noris q̄ elegans formarū ſpectator ſiem.

Spectabilis: ſpectatione dignus: ⁊ quaſi admiratiōe dignus. Apul. Jubet ꝯſtrui pulchrū ⁊ ſpectabilē currū

Spectatus ꝓbatus: cuius ſcilicet ſpectata iam virtus eſt. Uirg. Sunt nobis fortia bello Pectora: ſunt animi ⁊ rebus ſpectata iuuentus.

Spectaculū dicitur id quod ſpectatur: hoc eſt ludi qui ſpectantur. Uirgi. Nocte pluit tota: redeunt ſpectacula mane. Liuius lib. j. Indici deinde finitimis ſpectaculū iubet. Aliquādo dicitur ipſa ſpectatio. Cice. O graue acerbūq̄ ſpectaculū. Aliq̄n locus vnde ſpectatur. Sue. De ſpectaculo excitatus deſcendit. Liuius. Tum primū Circo qui maximus diciť deſignatus eſt locus: diuiſa loca patrib⁹ eq̄tibuſq̄ vt ſpectacula ſibi quiſq̄ faceret fori appellati.

Species: effigies: facies: vel imago. Cice. li. j. offi. Que autem ſpecie quadam vtilitatis: hanc gręci ideam vocant. Et in top. In diuiſione formarū quas gręci ideas vocant: noſtri ſi qui hęc forte tractant ſpecies appellant. Itē Cęſar in com. iiij. Auxiliareſq̄ quib⁹ ad pugnā non multū Craſſus confidebat teliſq̄ ſubminiſtrandū: ⁊ ad aggerem ceſpitibus comportandum ſpeciem atq̄ oppugnationē pugnantium pręberent id eſt demonſtrationē ſiue ſimulationē prętextum et quaſi velamentū. Qñq̄ ſpecies ſumitur ꝓ aſpectu ⁊ re viſa. Uirg. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente chorebus. Quandoq̄ ꝓ pulchritudine ſeu deformitate a ſpeciēdo. Unde dicimus Speciosus forma p̄ filijs hominū. Et ſpecies vt diffinitur a dialecticis eſt que diciť de pluribus differētibus numero: vt homo eſt ſpecies: q̄m de Socrate ⁊ Platone: ⁊ alijs nō ſpecie: ſed numero differētibus pdicatur. Ob eā rationem ita appellata: ꝙ multorum collectio vna quaſi viſione comprehendatur. Nam genus eſt qđ predicatur de pluribus differentibus ſpecie: vt animal qđ de homine/equo/aſino ⁊ huiuſmodi dicitur: quę ſpecie differant. Quandoq̄ ſpecies ſumitur pro aromatib⁹. Macrobi⁹ libro vltimo ſatur. Species ⁊ acres ⁊ calide ſuperficiem cum apponunť exulcerant. Hieronymus in Cañ. Homelia dixit. Aromata quideȝ ſpecies eſſe: ſed non ſimpliciter. Addidit eñ ſpecies pigmentorū. Martianus iureconſul. Species pertinentes ad vectigal: Cynnamomū: piper longum: piper album. Sic dicitur vicus ſpeciarius a ſpeciebus arabis peregriniſq̄.

Specialis ⁊ hoc ſpeciale ſignificat non tam particulare q̄ proprium: ⁊ veluti peculiare ſicut ait Jul. Capi. Macrianoꝝ familiā id ſpeciale ſp habuiſſe vt Alexādrū magnū in auro ⁊ argēto exculptū ſemp haberēt.

Speciatim aduerbiū: ſignificat particulariter.

Specificus a um: qđ eſt particulare.

Specioſus: pulcher. Semper enim in bonum accipiť q̄uis ſpecies medium vocabulū ſit. Uirg. Neq̄ eñ ſpecie fama ve moueť: hoc eſt nec pſenti deformitate nec rumore mox futuro: ſic et Formoſus licet forma indifferenter ponatur.

Specimen penul. cor. experimentū: probatio: ſiue exemplar. Nam eſt illud parum qđ in mercibus emptori oſtendi ſolet: vt in pannis: vel deguſtatio in ęſculētis. Cice. in Tuſc. Quid illud num dubitas quin ſpecimen nature capi deceat ex optima quaq̄ natura. Aug. li. xvj. de ciui. dei. Uerū ⁊ hoc eoꝝ ſupplicium futuri iudicij diuini ſpecimen fuit.

Specula ę. accipitur ꝓ loco ędito ⁊ eminenti vñ aliq̄d longe videri ⁊ ſpeculari poteſt: ſiue ſit mons ſiue turris: ſiue lapis: ſiue arbor: ſiue q̄d aliud eminēs. Uirg. Specula de mōtis in altū Deferar. Ouidi⁹. In ſpeculis oīs abydos erat. Eſt ⁊ ſpecula diminutiuū a ſpe: ⁊ ſignificat paruam ſpem qđ fit blandimenti cauſa. Cice. Celio. Hac tñ oblectabar ſpecula. ſ. tullia. Ut eñ a res recula: ita a ſpes ſpecula fit.

Speculum in quod aſpicimus: ac ſpeciem. i. imaginem noſtram contemplamur quod datum nobis a natura fuit: vt noſmetipſos noſceremus: ⁊ formoſi deuitaremus infamiam: deformes redimenduȝ ſciremus eſſe virtutibus quicq̄d corpori deeſſet: ſicut ſocrates monebat adoleſcentes.

Speculare: ⁊ per apocopen Specular ⁊ ſpecularium: idem quod ſpeculum. Interduȝ ponitur ꝓ vitreatis

ſiue pro ocularijs: vtpote olim facta e ſpeculari lapide tranſlucido: nunc autē e vitreis orbibus vel teſſellis plumbo iunctis. Vlp. Specularia et vela que frigoris cauſa vel imbrium in domo ſunt, inſtrumento domus non contineri Caſſius exiſtimauit. Iuuena. Que vehitur clauſo latis ſpecularibꝰ antro. Specularis autem lapis dictus eſt: ꝙ ad ſpeculi ſimilitudinem luceat atqȝ imaginem reddat. Finditur in tenuiſſimas cruſtas. Pli. Multi aluearia ⁊ e ſpeculari lapide fecere: vt operantes intus ſpectarent. Idem li. xxxvj. In arabia quoqȝ eſſe lapidem vitri modo trāſluciduȝ, quo vtuntur pro ſpecularibus. Iuba auctor eſt Speculariorum vſum clarum tranſmittētium lumen memoria ſua prodijſſe ſcribit Seneca in epiſtolis. Qui item de Scipione ait: ꝙ non in caldariū ſuū latis ſpecularibus diem admiſerit. Mar. Hibernis obiecta notis ſpecularia puros Admittit ſoles: et ſine fece dies.

Speculor a ſpecula fit: quaſi e ſpecula proſpecto vel vt videā intēdo. Unde ſpeculatores qui e ſpecula aſpiciunt: vel in bello ante exercitum explorandi gratia mitti ſolent. Per tranſlationem ſpeculari ponitur ꝓ ſcrutari ⁊ exacte cōſiderare. A quo compoſitū Preſpeculor: qđ eſt ante ſpeculor. Sueto. de Ceſa. Exercitum neqȝ per inſidioſa itinera duxit vnqȝ: niſi preſpeculatus locorum ſitus.

Specus a ſpecio. Eſt eñ vt in ꝓble. Plutar. inqt locus vnde deſpicitur ⁊ inde ſpectacula dicuntur. Unde et ſpecula dicta eſt. Et dicimus ſpecus us: ⁊ ſpecus ci. tam maſculini qȝ feminini generis. Similiter ſpecus oris. neutri generis ꝓ ſpelunca: que a grecis ſpeleū. Uñ Uirg. ad imitationē grecorū Spelea ferarū dixit. Gel. lib. vj. Sole medio ⁊ arido ac flagranti ſpecum quandā nactus remotam latebroſamqȝ penetro Hora. lib. iij. car. Que nemora aut quos agor in ſpecus. Inuenit᷑ etiā hec ſpeca: hoc ſpecū ⁊ hoc ſpecu. ⁊ in plurali he ſpecꝰ. Seruius docet ſpecus apud maiores trium generū fuiſſe quod hodie in numero ſingulari tribus tm̄ vtimur caſibus. In plurali a genere maſcu. habet omnes caſus.

Specium. Inſtrumentū teres ⁊ paruum quo medici ad tēptandā vulnerū ac fiſtularū viam vel ꝓfunditatem vtunt᷑. Pacu. Ut medici faciūt qui prius ſpecio vulnus tēptant. Fit autem a ſpecio.

Specillum diminutiuū: paruum ſpecium. Cor. Cel. lib. v. Ante omnia ſpecillum dimitti in fiſtulaȝ conuenit vt quo tēdat: ⁊ qȝ alte ꝑueniat ſcire poſſimus. Hinc auricularium ſpecillum dicitur: quod curādis auribꝰ adhibetur. Eſt et ſpecillum inſtrumentū quo oculos inungimus. Pli. lib. vij. C. Iulius medicus duȝ inungit ſpecillum per oculum trahens. Cel. libro. vj. Specillo ſuꝑ oculum inducatur.

Speleum: a noſtris dicit᷑ ſpelunca. Uirg. Certum eſt in ſyluis inter ſpelea ferarū Malle pati.

Spectra: ſimulachra. Cice. Caſ. His autē ſpectris etiā ſi oculis poſſent feriri. i. imaginibus mentis.

Spera: vide ſupra: quia ſcribit᷑ cum diph. ſphera.

Sperma atis / grecum eſt ⁊ latine Semen dicitur: generale ad omnia ſemina.

Sperno is: ſpreui ſpretū faſtidio deſpicio. Antiqui etiā ſpernere pro ſeparare poſuerunt. Ennius. Ius atqȝ equū ſe a malis ſpernit ꝓcul. Hinc fit compoſitum. Deſperno: qđ eſt valde ſperno. Uar. Homo ridiculus ⁊ ab omni pube deſpretus.

Spes ſpei: ⁊ ſperes is: antiqui ꝓtulerunt. Uar. Quibꝰ ſuam delectet ipſe amicam ⁊ ſeſe ſperibus iactet ſuis Unde aſpere quaſi ſine ſpere: ⁊ ꝓſpere ꝓ ſpere. In plurali habet omnes caſus: ⁊ maxime ſpes: ⁊ ſpebꝰ. Hiero. in li. Macha. Noli extolli vanis ſpebus. Eſt autē ſpes opinio futuroꝝ. Referturqȝ tā ad mala qȝ ad bona. Huiꝰ diminutiuū eſt ſpecula: de quo ſupra. Et compoſitum Expes ſine ſpe.

Spero ſperas: ad dolorem et ad voluptatem refertur. Uirg. Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorē. Et perferre ſoror potero. Sperare inquit id eſt futuruȝ opinari ſiue timere. Pli. lib. xj. Sperator largior ꝓuentus. Hinc bene ſpero ⁊ male ſpero. Aliquando Sperare eſt exiſtimare: ſeu credere. Et tam de ꝑſenti qȝ de preterito dicitur: De ꝑſenti. Quint. Facilis vt animaduertere vos ſpero defenſiōis mee curſus eſt. De preterito. Idem. Et innocentiam quidem puelle ſatis vt ſpero defendimus. Hinc ſperatum veteres dicebant eum qui vxorem petit: ⁊ Speratāȝ virginē que petitur. Afranius. Curre et nuncia venire ⁊ mecum ſperatam adducere vt videat puellam. Poſtqȝ vo ſponſio facta erat: nō ſperata ſed vel dicta vel pacta: vel ſponſa vocabatur. A ſpero fit compoſitum Deſpero: et inſperatus.

Sperchius: fluuius Theſſalie quē Pelion mons effundit: ⁊ velociſſimo curſu defluit in ſinū Maleacū.

Speuſippus: philoſophus athenieñſis Platonis ex ſorore nepos: qui octo annos Platonice ſchole ꝑfuit. Ferūt hūc ſenio confectū ſibi mortē cōſciuiſſe merore impulſum. Plutarchus vo ſcribit illū pediculis efferueſcentibus interijſſe. Primus inuenit quo pacto ex gracilioribus lignis fierent vaſa capacia.

Speuſici panes dicti ſunt a feſtinatione σπευεΔω eñ grece ſignificat feſtino.

Sphera: vide in dictione ſpera. Suidas. σφαιρα αειβολοσ Ίασ Δεσφαῖρασ ευρεσιν αναγαλισ η κερκυραια γραμματικη ναυσικααη αλκνοου θυγατριαν αἰιθησι ꝓ pila luſoria etiā ponitur ſpheriſterion locus vbi luditur.

Spheriſterium: locus balnei ſpecie rotunda in quo varia exercitationū genera veteres habuere. Pli. in epiſtolis. Apoditerio ſuppoſitū eſt ſpheriſteriū: qđ plura genera exercitationis: pluresqȝ circulos capit. Sȝ in ꝑmis ad exercitiū pile deputatꝰ ē: quā greci σφαιραν appellāt. Nā σφαιζω ſignificat pila ludo. Lāprid. Poſt lectionē operā paleſtre: aut ſpheriſterio aut curſui: aut luctaminibus mollioribus dabat.

Spheromachia: pile luſorie ceratmē: a ſpherica circulariqȝ figura dicta eſt.

Sphinx gis vel gos: ⁊ Sphingiū: animal ethyopie prodigioſum ad hominis ſpeciem accedēs ſolo pilo quē fuſcum habet et ſimilitudine feram aſſimilat᷑: habet geminas mammas in pectore: vt inquit Pli. lib. viij. a ſtringēdo dictū: hoc eſt απο Ίου σφιγγειν. Hic cū hoībus offert᷑ ſi illū ꝑſentiat: ſaluat᷑. Si vo beſtia prius hominē ſenſerit: ꝑdit᷑ homo. Albertus magnꝰ li. xxij. De aīalibus inter ſimiarum genera enumerat ſphinga inſignē duabꝰ ī maxilla maculis nigricātibꝰ cauda coloris ſubnigri oblonga. Solinus. Inter ſimias habent᷑ ⁊ ſphinges villoſe comis: mamis ꝓminentibus: dociles ad feriatis obliuionem.

Sphondyliū: internodiū ſeu vertebrum ſpine dicitur: ⁊ Sphondylus penul. ꝓdu. Sunt autem decem ⁊ ſeptem ſpondyli. quoꝝ. xxij. ſpinam faciunt: relipui vo lumbos. Sunt ⁊ qui ſphondylos dicant cubos. Seneca ⁊ Macro. videntur accipere ꝓ quodam piſcis genere: quē iuniores Schinalū dictitant. Sphondylus etiam verticulm dicitur appoſitum fuſis: vt nendo melius vertātur.

Spica ce. ⁊ ſpicus et ſpicum dicitur cum per culmi folliculum. i. extremum tumorem ariſte adbuc tenues in modum ſpiculi eminent. Abuſiue tamen ⁊ de maturis frugibus dicit᷑: et de quocūqȝ acumine ad ſpice ſimilitudinē facto. Dicta ſpica a ſpe: vt inquit Uarro. Nam cū fruges in ſpicam exit: ſpem prebet hoībus. Spica in hordeo ⁊ tritico tria habet cōtinentia gra-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

num/glumā:ariſtā. Sciendū eſt a ſpicus vtrūqꝫ numerū eſſe:a ſpicū tātū ſingularē. Cice.in aratro. Spicum illuſtre:ferens inſigni corpore virgo.

Spica mutica:que nō habet ariſtam. Ariſte enim quaſi cornua ſunt ſpicarum.

Spiceus a um:qđ ex ſpicis eſt. Tibul. Flaua ceres tibi ſit noſtro de rure corona ſpicea.

Spicilegium: collectio ſpicarum. Uarro. Ad corbem meſſe facta ſpicilegium venire oportet: aut domi legere ſtipulam.

Spico as:ſpicas emitto. Pli.lib.xviij. Grana in ſtipula crinito textu ſpicātur. Uñ ſuſpico as:penul.ꝓdu. qđ eſt ad ſpicarū ſimilitudinē incido vel fodio. Hinc ſpicatus a um:qđ habet ſpicas. Idē lib.xxj. Aliud rurſus ſpicatarū genus herbarum.

Spiculum lancea breuis:ſeu vt Uege.ait:telum miſſile cuius ferrū eſt triangulū vnciarū nouē: haſtile pedū quinqꝫ ⁊ ſemis. Antiqui pilū neutro genere vocauerūt. Accipit̄ ⁊ ꝓ ſagitta. Uirg. Spicula ꝯuerſo fugiētia dirigit arcu. Aliqñ đr ſagitte ferrū:ſeu cuſpis ipſa ⁊ aculeꝰ: vt ſunt ſpicula ſagittarū ⁊ aculei apiū. Curtius. Alexander ſagitta ictus eſt:q̄ in medio crure reliq̄rat ſpiculū. Uirg.de Apibꝰ. Et ſpicula ceca relinquūt Affixe venis. Dictū ſpiculū a ſpicarū ſpecie.

Spiculo as:cuſpidē acuo. Pli.lib.xj. Telū đo ꝑfodiendo tergori quo ſpiculauit ingenio.

Spiculatores dicti ſunt ſatellites principū a ſpiculis q̄ geſtāt. Cor. Tacitus Dilapſis ſpiculatoribus cetera cohors non aſpernata concionantē. Quidā etiā accipiunt ſpiculatorē ꝓ carnifice.

Spinus:pyrorū ſeu prunorū arbor: ꝙ ſpinis referta ſit. Uirgi.lib.iiij. Geor. Eduraqꝫ pyrum et ſpinos iam pruna ferentis.

Spina:ſentis qua pungimur. Hinc ſpineus a um:vt corona ſpinea:q̄ e ſpinis facta eſt. Spinoſus a um: ſpinis abundās. Spina etiā dicit̄ a collo vſqꝫ ad natiū flexū depꝛeſſa:ꝙ q̄ſi vallis ē inter colles q̊s vocāt dorſa Pli.li.xj. Spina lūbus oſſea ſꝫ tereti ſtructura ꝑ media foramina a cerebro medulla deſcēdēte:eſſe ei naturā quā cerebro colligūt qm̄ pretenui eius mēbrana mō inciſa ſtatim expiret̄. In ſpine igit̄ parte ſuꝑiore ſcapule:a lateribus dorſaq̄ oīa dicunt̄ terga.

Spinter:fibula in humeris:aut armilla vt inquit Priſ. Plau.i Mene. Jubeas ſpinter nouū recōcinnarier. Hoc armille genere mulieres vtebāt̄ brachio ſūmo ſiniſtro:ſoliſqꝫ feminis decorā fuiſſe veſtē lōge lateqꝫ diffuſam ad vlnas cruraqꝫ ab oculis defendendas

Spintrie dicti ſunt repertores monſtroſe libidinis nouiqꝫ concubitus. Sue.in Tiber. Monſtroſiqꝫ cōcubitus reꝑtores quos ſpintrias appellabat.

Spitrillum:barba capre.

Spire ſunt reuolutiones ſiue circuli qui in ſeipſos non recurrūt. Hinc in ornamentis capitis matronarū:et in ſerpētibꝰ ē ſpira cū ſe i girū voluūt. Uñ ⁊ ꝓ ſerpēte q̄nqꝫ ponit̄. Pli.li.ix. Lolliā paulinā q̄ fuit Caij p̄ncipis matrona vidi ſmaragdis margaritiſqꝫ opertā alterno textu fulgētibus toto capite crinibus ſpiris auribus collo monilibus digitiſqꝫ. Uirg.li.ij. Geor. Nec rapit immēſos orbes ꝑ humū neqꝫ tāto Squāmeꝰ in ſpirā tractu ſe colligit anguis.i.i circulū. Et li.ij. En. Spiriſqꝫ ligāt igētibꝰ ⁊ iā bis mediū Amplexi Ser. Spiris nodis. Uñ ⁊ baſes colūnarū ſpirulas dicūt. Nā ꝓprie ſpira eſt volubilitas funiū puta cū funis nauticꝰ in orbē cōuolutꝰ ē. Itē ſpira đr funis q̄ a pileo ad fauces diſtēdit̄ ⁊ ſub mento alligat̄. Juue. de faucibꝰ aurea cū ſe Porrigat: ⁊ lōgo iactet̄ ſpira galero. Itē đr baſis colūne vniꝰ tori aut duorū. Pli. In epheſie Diane ede primū colūnis ſpire ſubdite ⁊ capitella addita. Itē ſpira genus operis piſtorij. Ennius etiā ſpiram hominū multitudinē vocauit.

Spiro as:exhalo. Pli. Hec duo genera fiſtulis ſpirāt: q̄ ad pulmonē ꝑtinēt. Aliqñ ſpirare eſt emittere ⁊ ſic conſtruit̄ cū actō. Uirg. Ambroſieqꝫ come diuinum a vertice odorē Spirauere. Col.li.j. Reliquiſqꝫ immundicijs tetrū odorē ſpirantibus. Si autē de morte fit ſermo:abſolutū eſt. Huius verbi cōpoſita ſunt Aſpiro: Cōſpiro: Exſpiro: Inſpiro: Interſpiro: Proſpiro: Reſpiro ⁊ Suſpiro.

Spiritus halitus. Idem enim ſunt ſpiritus : halitus et anime. Pli. Anime leonis virus graue: vrſi peſtilēs hominis tm̄ anima infici voluit pluribus modis. Aliquando etiam ſpiritus dicit̄ ventus.

Spirituale: ⁊ ꝑ ſyncopen ſpiritale:qđ eſt ſpiritus.

Spirabile:vitale quo ſpiramus. Uirg.lib.iij. Eñ. Per ſydera teſtor Per ſuꝑos atqꝫ hoc celi ſpirabile lumē Cicero tñ ſpiritabile dixit in libro de natura deorū.

Spiramentū eſt ꝑ qđ exit ſpiritus. Uirg.lib.iiij. Geor. In tectis certatim tenuia cera ſpiramēta linunt.

Spiraculū idem qđ ſpiramentū. Uirg. Seui ſpiracula ditis. Hiero.in Geñ.poſuit ꝓ ipſo ſpiritu. Et inſpirauit in faciē eius ſpiraculū vite.

Spiracus:quaſi primipilaris:aut cohortis p̄fectus.

Spiſſus a um ꝓprie denſum ſignificat:a ſepiū denſitate. Uirg. Scrobibꝰ ſuꝑabit Terra ſpiſſus ager. Qñqꝫ ſignificat tardū. Plau. Spiſſum: hoc eſt amanti dicere veniet. Idem. Quia qđ bene ꝓmittūt haruſpices: ꝑſpiſſe euenit:id qđ male ꝓmittūt preſentaneū eſt. Hinc Spiſſitas: ⁊ ſpiſſitudo.

Spiſſo as:ſpiſſum facio. Cuius cōpoſita ſunt: Inſpiſſo ⁊ Conſpiſſo:quod eſt totum ſimul denſo. Col.libro viij. Atqꝫ vbi duratus eſt: vehemētius p̄mitur: vt cōconſpiſſetur caſeus.

Splen dicit̄ qui ⁊ lyen. Celſus lib.iiij. Splen in ſiniſtra parte eſt inteſtino innexus:natura mollis ⁊ rarus longitudinis ⁊ craſſitudinis modice.

Spleneticus:qui ex ſplene laborat.

Spleniū: vt Jul.pol.inquit: eſt caput ſplenis pinguis. Hinc ſplenia velut ꝑ ſimilitudinē dicunt̄ facta expāno laneo vel lineo q̄ ad curā corporis ſuꝑponi ſolēt Pli. Suꝑimponi oportet ſpleniū e melle decoctum

Splendeo es:dui.luceo. Uñ ſplēdeſco is:ſplēdidus fio Apul. Cum iam aurora ſplendeſceret. Huius compoſitum eſt Reſplendeo.

Splendor:lux ꝑ tranſlationē ponit̄ ꝓ decore dignitate gloria. Uñ ſplendor noīs:ſplendor familie ſplendor virtutū:hoc eſt claritas.

Splēdidus a um:clarus fulgens. Et ſplendidi dicuntur qui oꝑas ſuas ad libertatē cōuertūt. Ecōuerſo Sordidi auari. Hora. Quatinus id facis vt quidā memoratur athenis Sordidus ac diues. Et alibi. Obijciet nemo ſordes:id eſt auariciā.

Spolio as:priuo. Tractū a militibus. Spolia em̄ dicunt̄ quecūqꝫ hoſti detrahunt̄. Terē.in Hecy. Quin ſpolies mutiles laceres. Huiꝰ cōpoſita ſunt. Deſpolio Diſpolio varie ſpolio. Amb. Hi autē diſpoliāt q̄ accepimꝰ indumēta gr̄e ſpūalis. Exſpolio ꝑfecte ſpolio: vt apđ apl'ꝫ. Expoliātes veterē hoīeꝫ iduite nouū

Spoletium cū i ante um:ciuitas in vmbria q̄ nūc ducatus ſpoletinꝰ dicit̄ nō ſpoletanꝰ:ſicut ab Aretio aretinus. Mar. De ſpoletinis que ſunt carioſa lagenis Malueris qꝫ ſi vina falerna bibas. Sic Cice.lib.de claris oratoribꝰ. P. Conutiū ſpoletinū dixit.

Sponda:latus lecti. Naꝫ ſponde ſunt tabule q̄ vtrinqꝫ lectū ſuſtinēt. Mar. Nec nudi ſponda grabati.

Spongia:apud antiquos in vſu erat tergēdarū menſarū:adhibebaturqꝫ ad obſcena emūdāda. Mar. Hec tibi ſorte dat̄ tergēdis ſpōgia mēſis. Señ.li.x.epl'arū Unus e germanis lignū id qđ ad emundanda obſcena adherente ſpōgia totū in gulam farſit: ⁊ in precluſis faucibꝰ ſpm̄ emiſit. Accipit̄ ⁊ ſpōgia ꝓ aſparagi

ſatiui radice: vt apud Pli. ⁊ Col.

Spondeo es: ſpopondi ſponſum: Vide in dictione De ſpondeo. Eius cōpoſita ſunt Conſpondeo. Unde veteres conſponſos dicebant fide mutua obligatos: et Conſponſores: ſibi inuicem ꝓmittētes. Cice. Lepte. De negocio tuo ꝙ ſponſor es pro Pompeio: ſi Galba conſponſor tuus redierit. Deſpondeo ⁊ Reſpondeo: de quibus alibi.

Sponſo as: frequentatiuum: a quo Deſponſo as ⁊ Deſponſor aris.

Sponſio: non ſolum ꝓmiſſio dicitur: ſed etiam actionis genus eſt. Caper. Religione ſancitur fędus at ſponſio pęna. Paulus iureconſul. ſponſionem dici affirmat: non ſolum quę per ſponſi interrogationē fit: ſed etiam omnē ſtipulationē promiſſionēqꝫ ⁊ ſponſor ꝓ fideiuſſore quandoqꝫ ponit̃.

Sponſus us. Sponſio: Ser. ſul. Si poſt eas ſtipulationes vxor non dabat̃: qui ſtipulabatur ex ſponſu agebat: iudices cognoſcebant.

Sponſus a um: participiū. Terē. in Eu. Scis ſponſaz mihi? Et deeſt eſſe.

Sponſalis et hoc ſponſale qđ ad ſponſionem pertinet. Unde ſponſalis dies dicit̃ quo puella ꝓmittit̃.

Sponſalia orum: ꝓmiſſio ſiue contractus ſtipulationū futurarum nuptiarum. Sponſalia hoc modo fiebāt. Qui vxorem ducturus erat: ab eo vnde ducēda erat: ſtipulabatur eā in matrimoniū ductū iri. Qui daturus erat itidem ſpondebat daturū. Is contractꝰ ſtipulationū ſponſionūqꝫ dicebat̃ ſponſalia.

Spondeus: pes duabus ſyllabis longis conſtans. Legitimus pes qui in heroico verſu omnē ſibi vēdicat locuz: licet raro quinto loco reperiatur. Dictus ꝙ in ſacrificijs ⁊ libamentis eo maxime vterentur. Nam σπονδη libamentū fedusqꝫ ac ſponſionē ſignificat.

Spondylus eſt qui in ima parte fuſi apponitur: vt fęmine melius nere poſſint: a cuius ſimilitudine callus ſiue caro interior omniū oſtreorum ſpondylus dicit̃. Mar. ꝓ aialiū oſſiculis in Sātra. lib. vij. Roſos tepenti ſpondylos ſinu condit. Eſt ⁊ ſalſamenti genus ſpondyle apud atheniū: ⁊ nomē piſcis apud Pli. inſectū apud Ariſtotelē. Pli. li. xxvij. Nullū aial radices a nobis dictas attingit excepta ſpondyle q̄ oēs ꝑſequit̃. Genus id ſerpētis eſt. Atheneus id qđ in capite mugilū echinata ſpecie conſpicimus ſpondyluz tradit appellari. Sed ⁊ calculus ęneus quo ſuffragia ſua iudices athenis dabant: ſpondylos vocabat̃: vt eſt apud Julium pollucem.

Sponte aduerbiū ſignificat naturaliter: vt multe arbores ſponte naſcunt̃. i. naturaliter ⁊ nō ab hominibus ſate. Aliqñ ſignificat ſine reqſitione: vt ſponte ad te venio. Capit̃ nōnunqꝫ noialr ⁊ in abltō tm̄: vt ſponte mea: ſpōte tua. Virg. Spōte ſua ſandyx paſcētes veſtiet agnos. Hinc Spōtaneus a um: qđ eſt voluntariū: aut naturale. Amb. Terra aūt ſpōtaneos fructꝰ germinat: aut creditas vberiore cumulo refundit.

Sporos gręce: latine ſemen dicitur.

Sporades: inſulę quedā circa cretā in mari Carpathio ſicut Stra. li. x. ſcribit: dictę ꝙ in mari ſparſe ſint: ſunt autē harū noīa Hellene. Phocuſa. Hecaria. Schimuſa. Polegrados. Thera. Anaphe. aſtypalea. Laguſa. Jon: vbi ſepultus fertur Homerus.

Sporta quę ⁊ ſportula: aut a ſparto herba que frequēs apud hiſpanos naſcitur: aut ab aſportando: vaſis genus quaſi fiſcella. Sal. lib. ij. hi. E muris canes ſportis dimittebant. Et qm̄ in ſportis pecunia: qñqꝫ etiaz cibus in quotidianū vſuz deferri ſolebat: mō ꝓ diſtributiōe ad pplm: mō ꝓ ipſis cibis ſumit̃. Sue. in clau. Exhibuit anniuerſariū in caſtris ꝑtorianis ſine veneratione apparatuqꝫ iuſtū atqꝫ legitimū in ſeptis ibidē extraordinariū ⁊ breue dierūqꝫ paucor̄. Qđqꝫ appellare cępit ſportulā: qr primū daturum ſe dixerat: velut ad ſubitā dictāqꝫ cęnulā inuitare ſe populum. Idē dicit Neronē cęnas ad ſportulas reuocaſſe. i. ad parua conuiuia. Juue. Nonne vides quāto celebret̃ ſportula fumo? Erat ⁊ ſportula locus in atrio domꝰ: vbi ꝑponebant̃ eo die q̄ dono danda erāt. Dimiuutiuū a ſporta eſt ſportula: a quo fit ſportella.

Spuma: ſordes earū rerū a quibus eijcit̃. Virg. Spumas ſalis ęre ruebant. Hinc ſpumeus ⁊ ſpumoſus.

Spumo as: ſpumā facio: a q̊ Deſpumo: de quo alibi.

Spuo is: ſpui: ſputū ſaliuā emitto. Virg. lib. iiij. Geor. Nāqꝫ alie turpes horrēt ceu puluere ab alto: Cū venit ⁊ terram ſicco ſpuit ore viator Aridus. Huius compoſita ſunt. Cōſpuo ſimul ſpuo vel aliquē fędo. Lactā. lib. iiij. Poſt hęc cōſpuerūt in faciē eiꝰ. Plau. Ab oībꝰ deriſus atqꝫ ꝯſputꝰ. Deſpuo: Expuo: inſpuo in aliquē ſpuo. Pli. lib. xxij. Tradūtqꝫ cōmanducata ea ſi inſpuat̃ mori ſerpētē. Reſpuo repudio: ⁊ quaſi cuz ſputo per contēptū reijcio. Lactā. li. j. Hāc totā opinionē quaſi a poetis confictā Saluſtius reſpuit.

Sputo as frequentatiuū. Plau. Nam illic iſti q̄ ſputatur interdū morbus venit.

Sputū: ſaliua: qđ a pus deſcēdit. Dicitur ⁊ ſputus us. Lactā. lib. iiij. Dabūt autē deo alapas manibus inceſtis: ⁊ impurato ore expuent venenatos ſputus.

Sputamen: idē qđ ſputum. Hiero. in lib. Judi. Quō ſi rumpat quis filū de ſtupa tortū ſputamine.

Spudacten: quidaz interp̄tant̃ amatorē. Hiero. lib. de viris illuſt. Ubi de diuo Luca agit. Sed ⁊ Tertulianus vicinus eorū tēpor̄ refert preſbyterū quendam in aſia σπουδακτην. i. amatorē pauli cōuictū apđ Joannē ꝙ auctor eſſet libri: ⁊ confeſſum ſe hoc pauli amore feciſſe loco excidiſſe.

Spurcus a um: qđ eſt impurū: obſcenū: lutulētū: a ſpuēdo dictum: ꝙ tale ſit vt de eo ſpuat̃. Plaut. Tot noctes reddat ſpurcas quot puras habuit. Aliqñ ponit̃ ꝓ fętido. Apul. Tam multe res ſpurce ⁊ graues nares infeſtāt. Aliqñ ꝓ vehementi: aſpo. Cice. Jactatī tēpeſtate ſpurciſſima. Col. Atqꝫ in his ipſis haberet cognitū q̇d recuſaret collis: q̇d cāpeſtris poſitio: q̇d humidꝰ ⁊ gramioſus: q̇d ſiccꝰ ⁊ ſpurcꝰ ager. Aliqñ ꝓ ſeuo ⁊ ſanguiario. Var. Spurcꝰ gladiator ⁊ carnifex.

Spurcicia ⁊ ſpurcicies imundicia. Lucre. lib. vj. At cōtra nobis cęnante teterrima cū ſit ſpurcicies eadem porcis hęc munda videtur.

Spurco as: fędo vitio. Celſus iurecō. Cum eo agi poſſe aquilia qui vinū ſpurcauit: vel effudit: vel acetū fecit vel aliquo alio mō vitiauit. Plau. Spurcat̃ naſum odore illutibili. Antiq̄ ſpurcū vinū dicebant cū aqua mixtū: tanqꝫ nō amplius purū foret: aut igne calefactum: aut muſtū anteqꝫ deferueſcat. Hinc fit cōpoſitum. Conſpurco. Col. lib. ix. Nam ſupſiliens auis ꝓluuie ventris cibos ⁊ aquā conſpurcat.

Spurius: incerto patre natus: ab σπειρειν. ſeminare: quia nihil habet a patre niſi ſemen. Unde ſpurios verſus dicimꝰ alterius aut incerti auctoris. Auſoniꝰ. Quiqꝫ notas ſpurijs verſibꝰ appoſuit. Ser. Spuriꝰ dicit̃ qui ex muliere non nota ortus eſt. Sabini nāqꝫ pudenda mulieris ſporios dicunt.

## S Ante Q.

Squallor: inquinatio: ſordes. Gel. In corporibꝰ incultis ſquamoſis alta cōgerie ſordiū ſquallor appellabat̃

Squallidus: ſordidus: incultus. Unde ager nō aratus ſquallidus dicit̃. Aliqñ ponit̃ ꝓ fulgēti. Virg. Alter erit maculis auro ſquallētibus ardens.

Squalleo es lui: a ſquāmarū crebritate ⁊ aſperitate dictum. Unde ⁊ ſquallēs ꝓ fulgenti pleno diuite honorato abundātiqꝫ ponit̃. Quicq̇d eīm nimis inculcatū obſitūqꝫ aliqua re erat: ita vt incuteret viſentibꝰ hor-

roꝛē ſqualleꝛe veteres dicebant. Uirgi. li. xij. Per tunicam ſquallentē auro latus haurit apertum. Hinc poſtea tractū eſt vt coꝛpoꝛa inculta ⁊ veluti ſquāmoſa alta congerie ſoꝛdium ſquallere dicant̄. Idē lib. ij. Squallentē barbam ⁊ cōcretos ſanguine crines. Et lib. j. Geoꝛ. Squallēt abductis arua colonis.

Squāme: quibus coꝛium piſcis aut ſerpentis tegitur. Hinc Deſquāmo as: ⁊ exquāma as: qđ eſt ſquāmas detrabo. Plau. in au. Dꝛomo deſquāma piſces. Ab harum ſimilitudine loꝛicarū quoqꝫ catenule ſquāme dicunt̄. Uirgi. Quem pellis ahenis in plumā ſquāmis auro conſerta tegebat.

Squaroſus: a ſquāmarū ſimilitudine dicitur: cuius ſcutis exurgit ob aſſiduā illuuiem. Lucil. Uaronū ac rapicum ſquaroſa incondita roſtra.

Squatina: ex planoꝝ piſciū genere: ꝙ ꝓpter ſqualloꝛē: hoc eſt aſperitatem cutis ligna ⁊ eboꝛea poliant̄.

Squille genus arboꝛis. Uar. li. j. de re ruſt. Alia in mari: vt palmas ⁊ ſquillas.

## S Ante T

Stalagniū genus inauriū fuiſſe oſtendit Nonius. allegās Ceciliū ꝗ ait. Ex auro ei⁹ ſtalagniū domi habeo.

Stadiū latine curriculū: ſiue locus in quo equi homies ve currūt ⁊ certant athlete. Nam ⁊ Domitianus inter cetera ſtadiū extruxit. Dictū ſtadium απο ΤΗσ σΤασεοσ hoc ē a ſtatione: ꝙ hercules eo ſpatio vno ſpū confecto conſtitiſſet. Nam clariſſimū fuit curriculū ſtadij olympij qđ hercules ſuis pedib⁹ metatus fertur: continetqꝫ octauam mille paſſuum partem qđ centum. xxv. noſtros efficit paſſus hoc eſt pedes ſexcentos viginti quinqꝫ vt ſcribit Pli. Que menſura octies efficit mille paſſus.

Stadiodꝛomi dicti ſunt qui in ſtadio curſu certāt Firmicus Si mars reſpexerit lepoꝛē cęleſtē in hoꝛoſcopo: faciet ſtadiodꝛomos. Stadiodꝛomos etiaꝫ locus in quo ludi ⁊ curſus exercent̄. Plinius. li. xxxiiij. Eundē vicit: ⁊ leontius qui fecit ſtadiodꝛomon aſtylon qui olimpię oſtenditur.

Sto ſtas ſteti: ſtatū ꝓpꝛie ſignificat in ſe ⁊ ſua mole conſiſtere. Et nō tantum de animatis: ſed de inanimatis quoqꝫ dicitur: vt nauis ſtat: flumen ſtat: currus ſtat: ſol ſtat. Unde ſolſtitium. Item auis in aere ſtat. Arboꝛ ſtat. Uirgilius. Stabat acuta ſilex. Item Stare ſignificat rectum eſſe. Seneca. Alios ſtantes/ alios genibus flexis vidiſſes: ſedentem aut cubantem neminem. Item permanere: durare. Cicero. Facere ꝓmiſſa: ſtare conuentis: reddere depoſitum. Uirgili⁹. Et bene apud memoꝛes veteris ſtat gratia facti. Itē hoꝛrere. Cecil. Stat ager ſentibus. Item plenuꝫ eſſe Uirgilius. Iam puluere cęlum Stare vident. Iteꝫ pꝛominere. Lucil. Hic coꝛpus ſolidum inuenies hic ſtare papillas Pictoꝛ marmoꝛeo. Item pꝛęſtitutum eſſe ⁊ immobilem. Uirgilius. Stat ſua cuiqꝫ dies. Ouidius. Sic ſtat ſententia: id eſt imobilis ⁊ fixa eſt. Item in animo eſſe. vt Uirgilius. Omnis in aſcanio chari ſtat cura parētis. Itē quieſcere. Apul. Dū foꝛte ſtarent in taberna ludētes. Itē in pꝛiſtino ſtatu manere. Uirgil. Troiaqꝫ nunc ſtares pꝛiamiqꝫ arx alta maneres. Itē conſtare in pꝛęcio eſſe. Liuius. lib. xxiij Multoqꝫ ſanguine ac vulneribus ea pęnis victoꝛia ſtetit. Gelli⁹. Magno ei ſtet ea nocte abſentē fuiſſe. Quintilianus. Neqꝫ ipſe hoc periculū ignoꝛo expertus nō leui documēto quāti ſteterit mihi ꝙ ſemel impata nō feci. Stare firmū eſſe nō moueri: ſed cōſtantem eſſe. Liuius. Reſiſtis aūt aduerſus famā: rumoreſqꝫ hominū: ſi ſatis firmus ſteteris. Stare ꝑ me: ꝑ ſe: per illū dicit̄: cū nos ad aliquid aliud cauſa ſumus ne qđ fiat. Pli. lib. xviij. Non ſtat ꝑ me: quo minus cęlū itelligas ⁊ cęleſtia ſcias. Quint. Nō ꝑ me ſtetit ſed ꝑ illa. Cōpoſita huis verbi ſunt. Abſto adſto vel aſto. Cōſto: Circūſto: Anteſto: Cōtraſto ꝓ aduerſoꝛ Neuius. Cōtraſtat ſemꝑ: nec me ſinit loquier. Exto a quo ſuꝑexto. Inſto: Interſto. Diſto. Obſto. Perſto Reſto: Subſto: Superſto. Et ſm̄ aliquos Manifeſto: qđ eſt quaſi ad manus foꝛis ſto. Preterea. Solſtitium ⁊ iuſticiū a ſto deducunt̄.

Stabilis: qui eſt aptus ad ſtandū.

Stabilio is: ſtabilem facio: firmo: Plau. in am. Regiqꝫ thebano Creonti regnū ſtabiliuit ſuū. Hinc Conſtabilio: qđ eſt totū ſtabilio. Idē in ac. Ego rē meā cōſtabiliui cū illum emi de pꝛęda a queſtoꝛibus.

Stabulum: a ſtādo locus dicit̄ in quē longo itinere feſſi ſuccedere ſolent: ꝙ ⁊ diuerſoꝛium ⁊ hoſpitiuꝫ dici ſolet. Unde ⁊ pꝛoſtibulę meretrices dicte ꝙ queſtus copioſioꝛis gratia concurrētibus illuc aduenis manſiones ante ſtabula habuere. Petro. in ſatyr. Sed nec viam diligēter tenebā: quia nec quo ſtabulū eſſet ſciebam. Hinc ſtabula dicunt̄ loca generaliter in quibus armenta gregeſqꝫ conſiſtunt in agris ⁊ ſub dio veluti quedam ſtationes animaliū. Nam vbi ęqui tenentur ſpecialiter Equile. vbi oues Ouile. Ubi ſues haram dixere. Bobile quoqꝫ a bobus. Capꝛile a capꝛis nomen traxerunt. Uirg. Quattuoꝛ a ſtabulis pꝛęſtāti coꝛpoꝛe tauros Auertit. Idē. Interea cū iam ſtabulis ſaturata moueret Amphitrioniades armēta abitūqꝫ ꝑaret. Poteſt etiā pꝛęſepe in hoſpitijs ſtabuluꝫ dici. Apul. Duriſſimo caſui meo ſeruiens ad equū illū victoꝛē meū ꝓbiſſimū in ſtabulū cōcedo. Ubi aliū etiā Milonis quōdā hoſpitis mei aſinū ſtabulantē inueni. i. quaſi hoſpitantē. Stabulū etiā ſumit̄ ꝓ quacūqꝫ ſtatione ſeu habitatiōe ⁊ loco vbi ꝗs ſtare conſueuit. Uirg. Ardua tecta petit ſtabuli ⁊ de culmine ſūmo Paſtoꝛale canit ſignū. A ſtabulū fit ꝓſtibulū.

Stabulo as: neu. ⁊ ſtabuloꝛ deponens ſignificat ſto diuerto: ⁊ qͣſi ſtationē habeo: ſiue etiā in ſtabulo guberno. Uar. lib. j. de re ruſti. Si pꝛata ſint ⁊ i fundo neqꝫ pecus dn̄s habet: dāda oꝑa vt pabulo vēdito alienū pecus in ſuo fundo paſcat ⁊ ſtabulet. Col. lib. vij. Si idoneis tēpoꝛib⁹ ad ꝑſepia: ad aquā: ad exercitationē pecus duxerimus: cureqꝫ fuerit vt ſtabulent̄: ſic in eo loco ne humoꝛe madeſcant vngulę: qđ facile vitabimus: ſi ſtabula roboꝛeis aſſerib⁹ cōſtrata: aut diligenter ſubinde emundata fuerint hum⁹ ⁊ palea ſupiecta. Sta. li. j. th. Geticeqꝫ pec⁹ ſtabulare ſū hemo. Oui. lib. xiij. met. Hoc pec⁹ omne meū: multę ſtabulant̄ in antris. Gel. Tubero in hiſtoꝛijs ſcriptū reliqͭt. Attiliū conſulē in Africa apud Bragadā flumē grāde feciſſe aduerſus ſerpentē in illis locis ſtabulantē pꝛęliū Hinc ſtabulatio māſio in ſtabulo. Col. li. vij. Caloꝛe boues ſub dio: frigoꝛib⁹ intra tectū manere opoꝛtet. Itaqꝫ hiberna ſtabulatio eoꝝ pꝛęparāda eſt. i. locus ſtabuli: vel vbi ſtabulentur.

Stabularius hoſpes viatoꝛes pꝛęcio recipiens. Apul. Sumo ſarcinulā ⁊ pꝛęcio manſionis ſtabulario ꝑſoluto capeſſimus viaꝫ. Ulp. Caupones ⁊ ſtabularios eos ęque accipiemus ꝗ cauponā ⁊ ſtabulū exercēt: et ſtabularius dicit̄ ꝗ ſtabuli: hoc eſt loci vbi aīalia ſtāt curā gerit. Col. li. vij. Hic eīn recognoſci grex poterit: numeruſqꝫ cōſtare ſi velut ex militari diſciplina intra ſtabularij caſtra manſerint.

Statio: locus in quo naues aut milites tuto ad tempus ſtant: vel in quo frequenter conſiſtitur. Curt. Cognitū id ꝑ exploꝛatoꝛes ꝗ ſtatiōes hoſtiū fuerāt ingreſſi. Itē ſtatio dicit̄ loc⁹ ad cuſtodiā aſſignat⁹: qn̄ milites ſtantes vigilāt. Uirgi. Seruantqꝫ vices ſtatiōe relicta. Ipſe comes nyſo gradit̄. Hinc ſtationarij milites. Itē officina in quā multi cōueniunt vt de aliꝗ re decernat̄: ⁊ ius dicat̄ ſtatio appellat̄. Gel. Queſituꝫ eſſe memini in pleriſqꝫ vꝛbis ſtationibus ius publice

docẽtium. Iuue. Statiões omne theatrũ. Similr̃ ex rãtiũ ſtellarũ matutine q̃s p̃mas vocãt: ⁊ veſptine q̃s ſcđas cõſtare ſpectãtibꝰ videant̃ in oriẽte ⁊ occidẽte ſtationes vocant̃. Et ſtatio ipſe ſtandi actus: vnde et nomen accepit ſtatio. Hiero. Ieſus filius naue ſtationem impetrauit ſoli ⁊ lunę. i. vt ſtarent.

Statiuncula: diminutiuũ: id eſt parua ſtatio: ſicut a ratio ratiuncula.

Stationarij milites dicunt̃ quibus cuſtodie aut pręſidij gr̃a ſtatio aſſignata eſt. Itẽ q̇ in vrbibus aut ꝓuincijs tenent̃ ad ꝑſoꝝ q̇etẽ tuendã ſtationarij vocant̃.

Stationalis firmiter ſtans. Pli. de ſideribꝰ. Eadẽ ſtationalis ſenis mẽſibus cõmorat̃ in ſignis: alioq̇n bimeſtris cũ cetere vtraq; ſtationẽ q̇ternoſ mẽſes nõ ipleãt

Statiua ⁊ ſtatiue: quaſi ſtationes dicunt̃ ſiue munitões in quibus vt ꝓpius pugnẽt milites conſident. Liuiꝰ lib. j. Tentata res ſi primo impetu capi ardea poſſet Ubi id parum proceſſit obſidione et munitionibus ſepti primi hoſtes. In his ſtatio vt fit lõgo magis q̃ acri bello ſatis liberi cõmeatus erant. Et lib. ix. Statiua noſtra munimento ſatis tuta ſunt.

Stata: ſacrificia que certis ac ſtatutis diebus fiebãt que nõ mutabant̃: ſed firma ⁊ ſtabilita erant. Cato. Sacra ſtata ſolẽnia ſancta ſeruaſti. Ennius. Modicaꝫ et modeſtã formã mulieris ſtatam vocauit.

Statarius a um: a participio ſtatus q̃ſi ſtabilis ſiue idoneus ad ſtandũ. Terẽ. in heau. Adeſte equo aïo: date mihi poteſtatẽ ſtatariã agere: vt mihi liceat ꝑ ſilẽtiũ. Liuiꝰ. lib. ix. Statarius vterq; miles ordines ſeruãs

Stator qui apud magiſtratũ aſſidue eſt: a crebra ſtatione: quales ſunt nũcij: vel tabellarij: vel apparitores q̇ reos in ius vel in carcerẽ ducunt: qm̃ apud magiſtratum dicati ſunt vt ſtẽt parati ire quo ab illo miſſi fuerint. Unde Plancus de ſtatore Lentuli conſulis ad Ciceronẽ ſcribit. Preſto mihi fuit ſtator eius cũ lr̃is q̇bꝰ ne venirẽ denũciabat. Et ſtator dictꝰ eſt Iupiter qm̃ ſtare fecerit. Romanos in fugã a ſamnitibꝰ v̄ſosꝰ De quo in ſiſto dictũ eſt. Non eñ a ſiſto: ſed a ſto deſcẽdit: qđ patet ex eius cõpoſito Antiſtitor: qđ cõpoſitionẽ ⁊ ſignificationẽ habꝫ a ſto: ſicut ⁊ antiſtes. Et dicit̃ Stator iupiter: qui ſtare animo facit.

Status us: conditio habitus qđ lingua vernacula dicimus cõditione. Hiero. Nã corporis noſtri certus eſt ſtatus. vt omniũ animãtiũ. Sed qm̃ apud deũ nõ de ſtatu corporis noſtri: ſed de vitę meritis iudicamur apparet omnẽ hominẽ mente ſua ſibijpſi ſtatum nomenq; formare. Col. lib. viij. Quare ſtatus eius longior ꝓductiorq; ad hos caſus magis habilis eſt. Ci. Qui ſtatus rerũ: que conditio tẽpoꝝ. Do. Statꝰ ad habitum refertur. Statura corpori adſcribitur. Status eſt ſcenici ſtatura lõgitudo corporis. Qñq; apđ rhetores Status dicit̃ in quo cauſa maxime vertitur Cice. Status eſt in q̇ primo inſiſtis q̃ſi ad te pugnandum congreſſa defenſio. Quintil. Status eſt qđ ex prima conflictione naſcitur. Exempli cauſa. Intentio eſt. Feciſti homicidiuꝫ. Depulſio eſt. Non feci. Queſtio an fecerit. Hinc conſtitutio cõiecturalis q̇ et ſtatus dicitur. Tres aũt eſſe ſtatus quidã dixerunt. Coniecturalem: Iuridicialem: ⁊ finitiuum: ſiue legalem. De quibus in rhetoricis.

Status a um: idem qđ firmus. Pli. lib. xviij. Iam primũ hanc iniuriã oïbus annis accidere nõ poſſe propter ſtatos ſyderum curſus. Stati dies dicebantur q̇ iudicij cauſa cum peregrino inſtituunt̃. Plau. in cur. Status condictus cũ hoſte interceſſit dies.

Staturus a um: participium eſt a Sto.

Statim aduerbiũ ſignificat conſtanter: ꝑſeueranter: continue quaſi inſiſtendo ⁊ vno ſtatu a ſtando. Plau. in amp. Nec recedit loco quin ſtatim rem gerat. Neq; veſꝑugo neq; vergilie occidũt iſta ſtatim ſtant. Terẽtius in phor. Bina talenta capiebam ſtatim. Aliq̃ñ mox illico: ꝙ ea q̃ mox fiunt cõtinenter fieri videant̃. Cice. in ver. Statim meſſa nam lr̃as dedit.

Stagnum a ſtando dicit̃ aqua ſtans. Uirg. Stagnũ ꝓ parte maris ꝓfundiſſima poſuit ꝙ ea minime moueatur: ſempq; ſtet. i. quieſcat. Emiſſamq; hyemen ſenſit neptunus ⁊ imis Stagna refuſa vadis. Stagnum etiam metallũ eſt: a quo Stagneus a um. Pli. li. xxx. Pyxide ſtagnea dixit: hoc ⁊ ſtagnuꝫ dicitur.

Stagno as: ſtagnum facio: aquã contineo. Uirg. li. iiij. Geor. Nam qua pelei gens fortunata canopi Accolit effuſo ſtagnantem flumine nilum. Et dicimus ſtagnare aquã cum non effluit: neq; ſorbetur. Pli. Ubi marini fluctꝰ effuſi ſtagnare ſolẽt. Et ſtagnare terraꝫ que nõ abſorbet: ſed cõtinet aquã. Idẽ. Agris humidis atq; ſtagnãtibꝰ. Huius cõpoſitũ eſt. Reſtagno: qđ eſt exundo: vt apud eũdẽ lib. ix. Idẽ tradit in paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis terrenos altis ſcrobibus in his locis vbi nulle reſtagnẽt aque.

Stannum plumbum a ſtando dici videt̃ ꝙ in fornacibus primũ fluat ac per ſe ſtet: qđ ⁊ Stagnũ et grece caſſiterũ ſiue Catiteron: ſiue Caſſiriton imutatis ab homero lr̃is. Nam plumbi ſunt duo genera nigrum ſcꝫ ⁊ albũ. Hinc Stãneus a um. Uñ vaſa ſtannea.

Stamen a ſtando: ꝙ eo ſtat in tela omne velamentũ eo ꝙ firme ſtat dũ texitur: non id qđ hincinde trahitur. Subtegmẽ qđ ſubit ſtamini. Dicit̃ etiã ſtamen q̇cq̇d in colo ad nendũ ponit̃. Hiero. ad Fabio. Ex quibus facta fila retorquent̃ cũ ſubtegmine triũ colorũ hyacinthi cocci purpure ⁊ cũ ſtamine byſſino.

Statilinus ⁊ Statanus: dij p̄ſides q̃ſi nobis adſtãtes.

Stater eris pe. corre. generis maſculini teſte Hiero. in Matth. dicitur qui duo habet didragmata. Idem lib. Regũ. Ecce inuẽta eſt in manu mea quarta pars ſtateris argẽti. Et in Hiere. Et appẽdi argentũ ſeptẽ ſtateres ⁊ decẽ argẽteos. Fit aũt a greco ιστημι: qđ eſt pondero η in α cõuerſo: ſicut ⁊ ab ιστημι qđ eſt ſto fit στασισ ſtatio. Pari modo η in α mutato. A cuius actõ greco στατηρα formauerũt. Quidã hoc nomẽ aſpirãt atq; ab σταθμιζω: qđ eſt trutino vel põdero deducũt. Suidas tñ στατηρτο εκχρυσου νομισματων βαλαντιων η συνωριστο μεν ειχεν εβολουσ εκχαλκου του δεστατηρασ χρυσιου των ευμηλου ιππων πολυ μαλλον αλληλοισ εοικοτασ.

Statera ę pe. pro. a ſtando dicta eſt: quia ſtante libra pẽſatur aurum vel argentũ. Eſt eñ inſtrumẽtũ quo res ponderantur ſine bilancibus.

Statuo is tui ſtatutũ. delibero: ordino: dedico: firmiter pono. Lactã. lib. ij. Abſtinere p̄lio ſtatuiſſet. Et li. vj. Sed his omnibꝰ deus certos limites ſtatuit. i. ordinauit. Uirgi. Crateraſq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui. i. dedicabo. Terẽ. ꝓ Concutere poſuit cum ait Sublimẽ illum arriperem ⁊ caput primũ in terram ſtatuerem: vt cerebro diſpergat viam. Huius cõpoſita ſũt Cõſtituo: Deſtituo: Inſtituo: Preſtituo: Proſtituo: Reſtituo: ⁊ Subſtituo.

Statua a ſtatuo deduci videtur: et eſt imago alicuius q̃uis inter ſe differant: ꝙ ſtatuę ſint ęnee eboreę lapideę. Imagines cereę ⁊ pictę. Sue. in Tibe. Etiã ſtatuas atq; imagines niſi ꝑmittẽte ſe poni ꝓhibuit.

Statuncula diminutiuũ parua ſtatua.

Staticulũ diminutiuũ a ſtatua. Hiero. in trãſlatiõe homelie origenis. Sed vxor eius imemor p̄cepti retrorſum reſpicit: impoſitã legẽ rupit: fit ſtaticulum ſalis. Staticulũ etiã dicit̃ i vehiculis ſicut Eſſedũ in equo ⁊ petoritũ in mula. Pli. li. vltio. Reddũt ſpẽs fluminũ nemoꝝ ⁊ iumẽtoꝝ ⁊ eſſeda ⁊ ſtaticula ⁊ equoꝝ ornamenta. Apud Plau. in ꝑſa. Staticulũ genus ſaltationis eſt.

Statuarius qui ſtatuas fingit:ſeu qui imagines fundit.
In qua nimirū arte excelluere Liſippus. Appelles
Praxiteles Myron Polycletus.

Statuarius a um:qȯ ad ſtatuā ꝑtinet vt opus ſtatuariū

Statuaria ę.ars ipſa faciendi ſtatuas.

Staturoſus qui ſtatura.i.magno corpore eſt. Aug. For
te habens ſeruum formoſum:ſtaturoſum: bene cō/
poſitū:habens alium forte ſtatura paruum.

Statumen pe.pro.dicit̄ id quo fulcit̄ vitis:vt pali ⁊ pe/
damēta et quicq̄d ꝓ monumento accedit. Statumē
dici pōt:q̄ſi armamētū quo res ſtare poſſit. Ipſa q̄ꝙ
pedamēta vitiū ob hoc armamēta q̄nꝙ nominant̄.
Apud Victr. Statumē dicit̄ quicq̄d ꝓ ſtrato adiicit̄
Et ſtatumina a ſtatu arborū dicunt̄ ꝓ vt creſcēdo ſta
tū accipiūt rami. Quo ad primū ſignificatū. Col.li.v
Poſita vinea.i.tertio auctūno vehemētioribus ſta/
tuminibus ſtatim impedienda eſt.

Statumino as:ſtatuminibus firmo. Pli.lib.xviij. In ſo
lutiore terra ſepibus formari ora vtrinꝙ lapidibus
ſtatuminari:⁊ alio ſemꝑ integi.

Stapedes pe.cor.machinulę ferreę in quibus pedes ha
bere ſolemus dum equitamus.

Stachys latine ſpica. Unde nardi ſtachys.i.nardi ſpi/
ca ex qua vnguentū generoſum concinnat̄. Nam vt
ſcribit Pli. Unguētarij non ſolum folia:ſed etiā ſpi/
cas nardi in vnguēto celebrāt. A folio vō nardi fo/
liata nuncupātur vnguēta nardina.

Stactis myrrhe flos appellat̄. Hiero. Narrent ⁊ hi qui
aromatū nouere virtutes ſtactē florem eſſe myrrhe.
Hęc ⁊ Gutta alio nomine dicit̄ ſiue ſtilla ⁊ aloe. Vn̄
in euāge.legimus ꝙ Nicodemus centū libras myr/
rhe ⁊ aloes ad ſepeliendū dn̄m p̄parauerit.

Staphylinus paſtinaca agreſtis. Col.lib.x. Tum agre/
ſtis paſtinaca ⁊ eiuſdē nois edomita quā gręci στα/
φυλην vocant: hęc etiã ſtaphis dicit̄. Palladius.
Staphyſagria perimit pediculos gallinarū.

Staphis. Vide in dictiōe Staphilinus de quo modo.

Statius nomen poetę comici fuit qui Cecilius dictus
eſt. Statius autem appellatus fuit q̄m ſeruus fuit.
Statius em̄ nomē ſeruile eſt. Fuit ⁊ alius poeta hoc
noīe qui heroico carmine multa conſcripſit.

Stechades pe.cor.ſunt tres inſulę in rhodani oſtio vici
nę maſſiliēſibus ſic dictę propter ordinē quo ſitę ſunt
Gręci em̄ ſticon dicunt ordinem ⁊ verſum. Luc. ſin/
gulariter ꝓtulit. Venerat in fluctus rhodani cū gur/
gite claſſis Stechados ora tenens.

Stella a ſtando:ꝙ ſtare ſtelle videant̄. Sunt autē ſingu
lares ſtellę non admixte aliis: ſydera vero ſiue aſtra
ſunt que ad aliquod ſignum compluriū ſtellarū com/
poſita ſunt:vt aries taurus. Eſt ⁊ ſtella nomen poetę
patauini lepidiſſimi.

Stello as:luceo:⁊ quaſi ſtellas facio. Mar. Et numero
ſa linunt ſtellantē ſplenia frontē. Pli.lib.xxxvij. Om̄
ſtellarū hyadum ⁊ numero ⁊ diſpoſitione ſtellantur.
Hinc ſtellatū ſtellis plenum:qȯ eſt cęli epithetum cū
ſerenum eſt. Interdū ſtellare eſt ad modū ſtellarum
factum eſſe:qȯ dicimus facto id ē ſtellę. Claud.lib.ij.
Ducit̄ in thalamū virgo ſtat ꝓnuba iuxta Stellātes
nox picta ſinus. Idē lib.iij. Et patuit ſtellata dom⁹
cōſidere iuſſi. Interdū inuidere a ſtellione aīali cuius
natura eſt inuidiā habere.de quo Pli.lib.xxx.

Stele per ſimplex l.colūnę quas latini pilas vocant.

Stellio animal ſimile lacerte tergo depictū lucentibus
guttis ad modū ſtellarū:vulgo Tarantula dicitur a
gręcis Aſcalabotes ꝙ apud eos ασκαλὄσ circu/
lus eſt. Stellio autē circulis quibuſdam depictus eſt
Et veluti lucētibus guttis in modū ſtellarum. Mor
ſus eius perraro interimit hominē tn̄ ſemiſtupidum
facit ⁊ varie afficit. Eſt ⁊ alius ſtellio ex araneoꝝ ge/
nere lentiginoſus in cauerniculis dehiſcētis ꝑ eſtum
terrę habitans. In apulia frequens viſitur: ⁊ ſimili/
ter Tarantula dicitur ſcorpionibus ita contrarius:
vt viſus ab eis pauorem ipſis afferat ⁊ torporē. Au/
guſti.lib.x.cōfeſ. Quid cum me domi ſedentē ſtellio
muſcas captās:vel aranea retibus ſuis irruētes ipli/
cans ſepe intētū facit. Hinc ſtellare ꝓ inuidere. Sed
⁊ maledicta:hinc ⁊ ſtellionatus crimen:⁊ Stellaturā
accipere apud Spartianū qui ait. Tribunos qui ſtel
laturas militibus tuliſſent capitali pęna afficit.

Stellionatus crimen apud iuriſcon.a ſtellione nomen
ſumpſit. Qȯ fit cum aliquid dolo factum eſt: vt ſi q̇s
rem alij obligatā diſſimilata obligatione per callidi/
tatē alij diſtraxerit: aut ſi quis merces corruperit aut
impoſturā fecerit:cuius nulla ordinaria pęna eſt: ſed
extraordinarie plectit̄. Et ad pręſidē ſpectat.

Stemma atis:coronamentū quod ex multis floribus cō
poſitum eſt:dictum a gręco quaſi στεφαρο μἁ:στε
φω corono: και στεφαρoσ corona. Firmi.lib.iij.
Magnos viros faciet Mercurius qui ſacris ⁊ glo/
rioſis ſtemmatibus coronentur. Quandoꝙ ſignifi/
cat claram familiam:in qua inſignes viri vt in ſertis
flores eluceſcunt:et que plerūꝙ ex victoriis ⁊ coro/
nis maiorum cōtrahitur. Iuuenalis. Stemmata q̇d
faciunt: quid prodeſt pontice longo: Sanguine cen/
ſeri. Sueto. ꝙ in vetere gentiliū ſtemmate. C. Caſſij
ꝑcuſſoris cęſaris imagines retinuiſſet. Quoniā vero
mos erat apud antiq̄s vt viri ob res bn̄ geſtas coro/
nis donarentur:et eedem ſtatuarum capitibus impo
nerentur:inualuit conſuetudo: vt ſtemma aliquando
pro facinore accipiatur. Aliquando pro ipſis imagi/
nibus maiorum que poni ſolebant in atriis. Mar.
Atria piſonum ſtabant cum ſtemmate toto. Seu ꝓ
gradibus generis ⁊ ordinibus deſcendentium qui ra
mis quibuſdam ⁊ velut intercurrētibus lineis diſtin/
guebātur. Plinius lib.xxxv. Stemmata vero lineis
diſcurrebāt ad imagines pictas. Augu. Lucas euan
geliſta ſanctus cōmemorat generationes eius quo or
dine:qua ſerie:quo ſtemmate ad illam generationẽ
ventum fuerit qua natus eſt chriſtus. Quin ⁊ pro in/
ſcriptionibus ſaxorū. Mar. Triſtia ſaxorum ſtem/
mata delet herus.

Stentor ab homero inducitur vocaliſſimus cuius tan/
tus erat vocis ſonus quātus aliorū quinquaginta.

Stercus ab extergēdo deduci videtur:ꝙ vndiꝙ abſter/
gi ſoleat.

Stercoro as:fimum agris fęcunditatis gratia adhibeo
Pli.lib.xviij. Ager ſi non ſtercoratur alget: ſi nimiū
ſtercoratus eſt aduritur. Colu. Lupinum vbi in florē
verterit:nihil agrũ ſtercoraueris. Et Stercorare eſt
pinguefacere. Idem libro.xij. Vicia ⁊ faba ſtercora/
re agrum dicuntur. Stercoratum ſtercore infectum
etiam dicitur. Idem libro.j. Pomaria quoꝙ ⁊ hor/
tos oportet ſepto circundari:⁊ eſſe in ꝓpinquo atꝙ
in ea parte qua poſſit omnis ſtercorata colluuies co/
hortis balneorumꝙ et oleis expreſſa amurce ſanies
influere.

Stercutius dictus eſt ſaturnus : ꝙ primus ſtercorandī
agri rationem inuenerit.

Stercorarius a um:quod ad ſtercora pertinet. Varro.
libro.j.de re ruſti. Sic e ligno ⁊ ferro vt plauſtra ma
iora tria aratra cum vomeribus: ſex crates ſtercora/
rias quattuor.

Sterquiliniū:locus ſtercoribus plenus:ſeu ſtercoris re/
ceptaculū. Col.lib.j. Sterquilinia duo ſint. Vnū qȯ
noua purgamenta recipiat ⁊ in annū conſeruet. Alte
rum ex quo vetera vehantur.

Sterno is:ſtraui ſtratū:de ſtatu deiicio: ⁊ quaſi in terrā
extendo. Virgi.libro.x. Sternitur infelix alieno vul/
nere. Hinc Ceſum exercitum: ſtratum dicimus. In/
de Strages. Per tranſlationē ſternere ꝓ extendere

quādoqꝫ ponitur. Unde ſternere humi tapetas frondes et hmōi dicimus. Et quoniā ſternendo fit vt id ſupra quod ſternimus: hoc eſt extēdimus aliquid tegamus ſternere etiā pro tegere: atqꝫ implere ſumit. Unde ſternere equos dicimus: hoc eſt inſtratis tegere. Hiero. in Gñ. Habraā de nocte ꝯſurgens ſtrauit aſinū. Sic ſternere equos cooperire: ſternere humū floribus implere. Uirg. Sternitur omne ſolū iaculis. Item quoniā ſternēdo .i. extendendo: et id quod extendimus cōplanamus atqꝫ cōponimus fit vt ſternere quoqꝫ ꝓ componere: ac cōplanare vſurpemus. Et ſtratum dicamus complanatum atqꝫ compoſitū Unde ſtratum mare dicimus quando nullo vrgente in fluctus vento equatum manet. Uirg. Et om̄e tibi ſtratum ſilet equor. Et ſtratas vias: ſiue ꝙ cōplanate ſint: ſiue ꝙ lapidibus tecte. Idem. Miratur portas ſtrepitumqꝫ ⁊ ſtrata viarū. Item quia iacēdo quodammodo extendimur: fit vt eos etiā ſe ſternere dicamus qui ſe ad iacendum collocant vt quieſcant. Idē li. iiij. ge. Sternūt ſe ſomno diuerſo in littore phoce. Huius verbi compoſita ſunt Cōſterno: Exſterno: a quo ſupſterno: deſterno: inſterno: proſterno: et ſubſterno: a quo ſubſtratus.

Sternax equus dr̄ qui ſeſſorē excutit: ac in terrā deijcit: hoc eſt ferox. Uirg. Et ſternacis equi.

Sternuo is. ſternui ſternutū: a quo fit frequentatiuum Sternuto as. penulti. pro. Inde ſternutatio inflatio que a pectore exurgens totū caput cōcutit. Proper. Num tibi naſcenti primis mea vita diebus Aridus argentum ſternuit om̄e amor. Col. lib. viij. At ſi moleſta pituita eſt cinile bubule vel ſurculi nepete ſilueſtris lana inuoluti naribus inſerunt verſanturqꝫ donec ſternuat ouis.

Sterto is. tui. dormio. Terē. in eu. Fatuus inſulſus tardus ſtertit noctes dieſqꝫ. Hinc fit cōpoſitū Diſterto Perſi. Cur iubet h̄ ennij poſtqꝫ deſtertuit eſſe Meonides: quintus pauone ⁊ pythagoreo.

Sterilis infecundus ⁊ fructū non ferens ſine prole στέρεω em̄ priuo dicitur ſeu careo. Et στερηπκοσ ſterile greci στερησιν orbitatem dicunt. Hinc ſterileſco is. ſterileſcere ſignificat ſterilē fieri. Palladius de gallinis loquens. Uinacie cibo ſterileſcunt. Hordeo ſemicocto ⁊ parere ſepe cogunt et reddunt oua maiora. Plinius libro octauo. Capre pinguedine ſterileſcunt.

Steſichorus penulti. correpta nomen poete ex himera ſicilie vrbe ex qua himereus eſt dictus. Alij ex Methauria vrbe natum dicunt. Alij ex palantio arcadie oppido. ferunt inde profugum Catanam veniſſe: eoqꝫ in loco: defunctum et extra portam vrbis ſepultū fuiſſe: portamqꝫ ab eo ſteſichoriā nuncupatam. Floruit. xxxvij. olympiade ſextaqꝫ et quinquageſima obijt. Fertur luſciniam aliqñ in ore ſteſichori infantē ceciniſſe mirabili auſpicio ſummū eū poetam futurū et cantus ſuauitate omnes qui ante eū fuerunt ſuperaturū. Hor. Steſichoriqꝫ graues camene. Fuit em̄ excellentiſſimus lyricus: a quo ſteſichorium carmen dictū. Ideo autē dictus eſt ſteſichorus: ꝙ primus ſaltare ad citharā inſtituit: hoc eſt chorea ducere: antea Tiſias vocabatur.

Stibadium accipitur pro ſella et abaco quo fulti diſcūbunt cōuiue: quod primo herbidū fuit. Poſtea inualeſcente luxuria marmoreum. hic Torus rectius appellatur quando a tortis herbis inflectat. Nā apud grecos ſtibades herbe ſunt apte ad diſcumbendum. Hinc ſtibadion cubile ex ſtibade herba cōſtructum. Pli. lib. v. epiſtola. Ex ſtibadio aqua velut expreſſa cubantiū pondere ſiphunculis effluit. Sunt qui dicant ſtibadia eſſe paruas cenationes in quibus ſcriptū eſſe ſolebat quot cōuiuas cenatio caperet. Ser. in pri. con. en. Stibadia antiqui non habebant: ſed ſtratis tribus lectis epulabantur vnde ⁊ Triclinium ſterni dicitur. Mar. Stibadium accipe lunata ſcriptum teſtudine ſigma. Octo capit veniat quiſquis amicus erit.

Stibium dicitur quo ad venuſtandos oculos peculiariter vtebantur. In argenti em̄ metallis inuenit lapis ſpume candide atqꝫ nitētis: quem alij ſtibiū: alij alabaſtrū: alij turbaſin appellant cuius vis principalis eſt circa oculos quos dilatat: quorumqꝫ fluitiōes exulcerationeſqꝫ inhibet. Ideo id greci platyophthalmon dixere ab oculorū dilatatione. Unde in Hiere. ꝓphe. Cum pinxeris ſtibio oculos tuos fruſtra componeris. Hieron. ad Furiā. Non habuit criſpantes mitras nec ſtridentes calciolos: nec orbes ſtibio fuliginatos: et de paul. Turbanda eſt facies quā contra dei p̄ceptū purpuriſſo ceruſa ⁊ ſtibio ſepe depinxit. Hinc ſtibinus a. um. penultima producta quod ſtibij colorē habet: vt apud lib. j. Paralip. Hiero. Onychinos ſtibinos dixit.

Stichos latine verſus ſiue ordo dicit. Unde diſtichus

Stigma atis. nota ſiue ſignum que inurūtur ab στιζω pungo. Mar. Frons hec ſtigmate nō meo notanda eſt Per trāſlationē quādoqꝫ ponitur pro ſuggillatione ⁊ infamia. Sue. Ual. Catullum a quo ſibi verſiculis de marmurra perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulauerat ſatiſfacientē eadem die adhibuit cene hoſpitioqꝫ patris eius. Stigmata vt inquit Pli. delentur columbino fimo.

Stigmatici dicunt famoſi et nocentes qui nota aliqua aduſti ſunt vt ſemꝑ appareāt. Stigmatias dici voluerunt notis: et ſtigmate punctos.

Stigo as. ſtimulo irrito: a quo inſtigo: caſtigo: fuſtigo: Quis quidā ab ago cōpoſita eſſe velint.

Stilbo philoſophus fuit qui capta patria: amiſſis liberis ⁊ vxore cum ex incendio ſolus ⁊ tamē beatus exiret. Interroganti Demetrio cui cognomē ab exitio vrbiū polyocertes fuit: nunquid perdidiſſet? Om̄ia inquit mea bona mecum ſunt. Quo dicto dubitare demetriū coegit an viciſſet. Nihil inquit ꝑdidi: oīa mea mecū ſunt: videlicet virtutes quas nulla vis hoſtilis eripere neqt quibꝰ ſapiens ſeptus nullū poteſt ſubire diſpendium.

Stilpones dicuntur ab aliquibus hoīes parui qui nani vocitantur.

Stimulus απο του στιζω proprie dicit fuſtis acute cuſpidis quo ruſtici boues ſubpungūt. Plau. in aſi. Utinā nunc ſtimulus in manu mihi ſit. Per tranſlationē dicit om̄e illud a quo vexamur. Hinc ſtimulū carnis ⁊ vitiorū dicimus.

Stimulo as. pungo. Teren. in heau. Magis nunc me amice dicta ſtimulāt. Hinc extimulo: quod eſt valde ſtimulo. Col. lib. vij. Libidinis extimulat furijs.

Stingo ⁊ ſtinguo is. xi. ctum. eiuſdē ſignificationis eſt cū extinguo. Cice. in progno. Ut cū luna meās hiperionis officit orbi Stingunt radij ceca caligine tecti Huius cōpoſita ſunt Diſtinguo: extinguo: interſtinguo: inſtinguo: et reſtinguo.

Stiria ꝓprie eſt aqua frigore cōcreta pendēs guttatimqꝫ ſtillās. Uirg. Stiriaqꝫ impexis induruit horrida barbis. Pli. Diſtillantes hiberno gelu ſtirias. Inde Stiricidiū quod eſt quaſi ſtirie cadiū.

Stilla diminutiuū a ſtiria vt inquit feſtus: et accipit ꝓ gutta: vt ſtilla olei: ſtilla aque. Apulei. Et ſanguinis eruptionē vtriculo admoto excipit diligēter vt nulla ſtilla compareat vſqꝫ. Uict. lib. ij. Faſtigia facientes luto inducto proclinatis tectis ſtillicidia deducebāt: per id ſtille decidūt in inpluuiū. Mar. Atqꝫ olei ſtillam donaret opellicus vnctor.

Stillicidium quaſi ſtillarū cadiū: ꝙ ſtillatim cadat vbi



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

e tectis guttę fluunt. Hierony. in pſ. Sicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.

Stillo as. guttatim fluo: ſiue emitto. Plini. Frutex eſt reſina ſtillans. Huius compoſita ſunt Diſtillo deorſum ſtillo. Virg. li. iij. ge. Lentū diſtillat ab inguine virus. Et diſtillare eſt paulatim fluere. Unde fluxus humorū a capite dicit̄ diſtillatio. Itē ſignificat guttatim humorem extrahere. Unde diſtillare herbas eſt humorem ex his paulatim extrahere. Hinc diſtillatio liquamen quo vtimur cum pulmētarijs. Et diſtillarius dictus eſt ꝯcinnator diſtillationū ⁊ venditor. Seneca. Jam libarij varias exclamationes ⁊ botularium ⁊ diſtillarium ⁊ om̄es popinarum inſtitores mercē ſuā quadā inſignita modulatione vendentes. Extillo perfecte ſeu totū ſtillo. Terē. in phor. Haſce ego illam dictis ita tibi incenſam dabo vt ne reſtinguas lachrymas ſi extillaueris. Inſtillo intro ſtillo. Plini⁹ libro. xx. Et aurium grauitati ſuccum raphani inſtillant.

Stylus ſiue ſtylū cū y. grecum dici poteſt colūna. Vn̄ epiſtyliū capitellū qđ ſup colūnā locat̄. Stylus etiā dr̄ modus dicēdi. Terē. in ꝓlogo An. Diſſimili oratione ſunt facte ac ſtilo. Do. Oratio. in ſenſu ſtylus in v̄bis oratio ad res: ſtylus ad verbū.

Stylobate σϊυλοσ ϊοκαμαξ λεγεϊαι κάι βαιρω βαδιζω συρϊιθε ϊαιοσ σχοιροβαϊησ. i. funābulus σχοιροσ funis et βαιρω ꝯſuetudo ſic σϊυλοσ palus lignum trabs per quā vadat aqua quaſi canalis ligneus: et inſtrumentū ligneū quo aqua traijciatur: vt ſub tegulis fieri ſolet. Var. lib. j. de re ru. Cohortes in fūdo magno duę aptiores: vna vt interdiu cōpluuiū habeat lacum vbi aqua ſaliat qui intra ſtylobatas cū venis ſit piſcina. Boues em̄ ex aratro ęſtate reducti hic bibunt: hic perfundūtur. Et lib. iij. Subtus columnarū ſtylobatem.

Stipes fuſtis terrę defixus: qui quoniā pullulare aliqn̄ conſueuit putant aliqui ſtirpē ab eo dictā. Itē ſtipes dicitur torris lignum et quodlibet aliud quod facile incenditur.

Stips is. et ſtipis is. merces que ſtipatoribus ⁊ militibus dabatur. Et cum ſpondetur pecunia ſtipulari dicitur: id eſt ſtipem obligare. Pecunia quoq̧ quā vel in ęrarium reponebant: vel dijs offerebant: vel mendicis porrigebant ad ſuſtentationē vitę ſtips diceba tur a ſtipando propterea ꝙ in cella ſtipabant: id eſt componebant.

Stipendium ęs militare ſeu premium quod militibus datur. Cōpoſitū nomen ex ſtipe ⁊ pendo: quaſi ſtips ponderata ſit. Stips autē dicebatur ab antiquis ęs eo ꝙ anteq̧ ſignatū eſſet non numerabat̄: ſed penſabatur. Quod qui ſupra as: vt Var. inquit acceperāt ſua neceſſitate maiorem numerum non in arca ponebant: aut in loculis ſed in theſauris ſtipabant. i. in anguſtum ponebant: quo nimis loci occuparent. Ulp. Stipendiū a ſtipe appellatum eſt: ꝙ per ſtipes id eſt modica ęra colligatur. Sed quoniā ſtipendiū quod militi dabatur perpetuū erat quouſq̧ exautoraretur diminueretur ve ſolideq̧ dabatur tractū videmus vt dici ceperit illū militē ad ſolidū conduci cui ꝓmitteretur ſtipendiū licet annuū Caſſiodorus Uegetius ⁊ frontinus ſolidatū in militia fuiſſe ſcribunt eū cui ſtipendia ab imperatore ꝓmiſſa erant. Stipendiū etiā dicit̄ qđ quis tenet̄ ſoluere principi: aut reipu. Liui. lib. ij. Ut diuites conferent qui oneri ferendo eſſent pauperes: ſatis ſtipendij pendere ſi liberos educēt.

Stipendiale qđ ꝑtinet ad ſtipendiū. Sidonius. Poſſit federe ſubſtipendiali.

Stipendiarius tributarius qui ſoluendo ſtipendio obnoxius eſt: qui alio noīe vectigalis dicitur. Vn̄ multi populi ſtipendarij erant reipu. romane. Hoc eſt qui ſoluebant ſtipendiū. Cęſar. cō. j. Reliquaſq̧ ciuitates ſtipendiarias haberent. i. tributarias. Uulgus perperā appellat ſtipendiarios milites qui ſtipendia faciūt cū tales mercenarij ſiue erarij milites ſint nūcupandi: quos Vege. ſtipendioſos vocat: Quis ⁊ ſtipendioſi dicantur ſtipendijs pleni: hoc eſt qui ſtipendia plurima fecerunt.

Stipendioſus: de quo mox in dictione ſtipendiarius.

Stipendiariū: certū vectigal. Cice. in ver. acti. v. Inter ſiciliam ceteraſq̧ prouinciae in agrorū vectigalium ratione hoc intereſt: ꝙ ceteris aut impoſitū vectigal certū quod ſtipendiariū dicit̄.

Stipendiatus a ſtipendior aris. qui ſtipendiū recipit: ⁊ alio noīe mercenarius dicit̄: vt ſunt hi qui ad militiā adſcribuntur. Pli. lib. vj. Regi eorū peditū ſexcēta millia equitū. xxx. millia elephantoꝝ nouē millia per omnes dies ſtipendiant̄.

Stipo as. rimas obturo/ condenſo: quia in hoc ſtupa vti ſolemus. Eſt em̄ deterius linum quod rimis maxime nauium claudendis adhibet̄. Unde ſtipatores dicti ſunt qui in nauibus ſtipam hoc eſt ſtupam componunt. Hinc ſtipare pro claudendo coarctare denſareq̧ accipit̄ ſicut in nauibus fieri videmus. Virg. Stipatq̧ carinis ingens argentū. Et ſtipare ſignificat circūdare aliquē defendēdi cauſa. Liui. lib. j. Stipatus agmine armatoꝝ in forū irrūpit. Hic cōſtipo.

Stipatores qui in nauibus onera componunt ⁊ qui regum vel alioꝝ corpora cuſtodiūt: a ſtipe quā accipiebant: vel ꝙ reges ſtipent ⁊ vndiq̧ circūdent ac claudant pene conſtringentes inſtar apum circa ipſarum regem: aut ꝙ ipſi ferro ſtipati ſint. Cice. libro. ij. offi. Premittebatq̧ de ſtipatoribus ſuis qui ſcrutarent̄ arculas muliebres: et ne quod in veſtimentis telum occultaretur exquirerēt. Hos antiqui a latere latrones vocabant.

Stiparius a. um. quod ad ſtipendiū ꝑtinet. Pli. lib. xix. Mox ſiccate in ſaxo tundunt̄ ſtipario malleo.

Stipulor penulti. cor. a ſtipando ſignificat ꝓmitto: ſeu pecuniā ſpondeo: ſtipē obligo: obligationem vel per obligationem habeo. Nam ꝓprie de pecunia dicit̄: Quis ad omnes rogationes quę ſolenniter fiūt trāſlatum ſit. Hinc ſtipulatores dicūtur qui per interrogationem obligant promiſſorem. Nęc enim duo ſtipulato opponuntur. Quod docēt Juriſconſulti de verborum obligationibus. Eſt autem ſtipulatio: vt inquit pomponius verborum conceptio quibus is qui interrogatur daturum facturum ve ſe id quod interrogatus reſpondet. Eſt autem ſtipulor ſm̄ Priſ. verbum cōmune: qđ tam in actiua q̄ in paſſiua ſignificatione ablatiuo iungitur. Dicimus em̄ Stipulor abs te rogo te: peto abs te: et ſtipulor abs te: pro rogor abs te. Juuena. Quantum vis ſtipulare et protinus accipe quod do: vt totiens illum pater audiat ſubauditur a me ſtipulare. Eſt em̄ actiue ſignificātie. Sueto. vero paſſiue ꝓtulit: Pretorum lectoria quę vetat minorē annis. xxv. ſtipulari: id eſt interrogari. Plau. quoq̧ paſſiue dixit. Niſi dolo malo inſtipulatus ſis. Stipulator qui rogat ⁊ qui rogatur. Huius verbi compoſita ſunt Adſtipulor quod eſt cōſentio. Cice. lib. accad. Falſum eſſe ſtoici dicūt ⁊ eorū adſtipulator antiochus. Inſtipulor. Plau. in pſeu. Menſurę viginti ſalue et ſane ſunt tibi hodie quas abs te eſt inſtipulatus etiā pſeudolus. Reſtipulor quod eſt contra ſponſionē pecuniā obligo.

Stipulatus us. idē quod ſtipulatio. Pli. Jouis deorū ſummi ſtipulatu.

Stipula a ſtipa: hoc eſt ſtupa deducitur: ſiue ꝙ ſtipe inſtar vratur: ſiue ꝙ ea q̄q̧ ſtipari tectorū rimę conſueuerūt. Eſt autē ſtipula calamus frumenti puta tritici hordei: et ſimilium: quod ſcȝ continet ſpicam cuius

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

internodia genicula dicuntur: et aliquando genua: a ſimilitudine genuū animalis. Plin. Frumenta quedam in genu tertio ſpicam incipiunt concipere. Idē Genicula ſūt tritico q̄terna: farri ſena: hordeo octona. Stipula etiā dicitur que remanet in campo demeſſo frumento. Itē ea pars que e frumēto demeſſo contuſa ſpica ſuperſtat: ſimiliter ſtipula generali vocabulo appellatur.

Stirps cum de hoibus dicit̄ generis fę. eſt ⁊ ſignificat originē. Virg. Heu ſtirpem inuiſam. Cum vero de arboribus ꝓ trūco gener̄ maſ. Idē lib. xij. Cū ſemel in ſiluis imo de ſtirpe reciſum. Inuenit̄ etiā feminīnum. Hora. Cū ſtirpeſqꝫ raptas ⁊ pecus/et domos.

Stirpo as. radices aufero: a qua exſtirpo: ꝑ trāſlationē Extirpari vitia dicimus quaſi funditus tolli.

Stirpitus pe. cor. aduerbiū ſignificat radicitus. Cice. lib. iiij. tuſ. Hunc errorē quaſi radicē omniū malorū ſtirpitus philoſophia ſe extracturā pollicet̄.

Stirpices qui ſtirpes euellunt. Que tñ omnia a ſtipes incipiendo a quibuſdā cū y. ypſilon ſcribunt̄.

Stiua aratri manica que tenetur manibus cum aratur. Virg. Stiuaqꝫ que currus a tergo torqueat imos. Dicta ſtiua a ſtādo: q2 ſuꝑ eā regula ſtat: et eſt quaſi temo inter boues.

Stlata genus nauigij latum magis q̄ȝ altum a latitudine ſic appellatum: ſed ea conſuetudine quaſi ſtlotum pro lotū ſtlitē pro litē dicebāt antiqui qui dictionib⁹ ab l. incipientibus ſt. litteras ꝓponere ſolebāt. A ſtlata Stlatarius dicit̄: ſicut a ſcapha ſcapharius. Stlatarium quādoqꝫ dicitur quod mari portatū eſt quaſi ſtlata aduectum.

Stlembus grauis ⁊ tardus. Lucil. Atqꝫ equum pedibus ſtlembum.

Stlopus ſonus qui ex inflatiōe buccarum erumpitur. Perſius. Nec ſtlopo tumidas intendis rūpere buccas. Poſtea ſclopus ⁊ ſclopetus.

Stoici philoſophi appellati ſunt ab στοᾶ: quod ſignificat porticū quo cōuenire ac diſſerere ſolebāt. Erat eñi porticus athenis dicta pecile ex varietate picture greci eñi ποικιλον variū dicunt. Suidas noſter στοὰ ηεν αθηναισ δια τριβη του ο μικρου στωικοι δε οι απο αυτησ δια του ω μεγαλου ηισ ωνομαζετο πεισιαν ακτειοσ υστερων δεζων ραφηθεισα ποικιλη εκληθη την στοαν την εκτοσ εφεσου απο τειρομενην εισ το ιερον. In hac porticu ʒeno philoſophus diſcipulos docebat. Vñ et ſecta ſtoica: et philoſophi ſtoici nuncupati ſunt qui antea ʒenonij dicebant̄ a ʒenone doctore. Hęc eſt illa porticus ſtoicorū memoratiſſima quam Chryſippus dictus eſt fulcire: quā pinxit polygnotus gratuito.

Stola apud veteres dicebat̄ quicquid tegebat et apud grecos στολη indumētū ſignificat vnde ſtola deducitur. Poſtea ad honeſte tantū matrone veſtē hoc nomen tranſlatū eſt que vſqꝫ ad imos pedes demiſſa erat. Tibull⁹. Impediat crines nec ſtola longa pedes. Hic ſtola ꝓ matrona et honeſta muliere ponit̄ Papi. Omīs plebeio teritur ꝓtexta tumultu. Hinc eques: hinc iuuenū cetu ſtola mixta laborat. Et ſtolatum matronale atqꝫ honeſtū dicimus. Mar. Quis floralia veſtit et ſtolatū ꝑmittit meretricib⁹ pudorē. Val. max. lib. ij. Sed quo matronale decus verecundie munimēto tutius in ius vocando matronā corp⁹ eius attingere non permiſerūt: vt inuiolata manus aliene tactus ſtole relinqueret̄.

Stolidus ponit̄ ꝓ excordi tetro moleſto atqꝫ illepido.

Stolones inutilis ⁊ quaſi ſtolida fruticatio ex arborū radicibus. Pli. Fuerunt ab arboribus cognomina antiquis: vt fronditio militi illi qui ꝓclara facinora vulturnū trāſnatās fronde capiti impoſita aduerſus Annibalē edidit: ſtolonū lacinie genti. Ita eñi appellatur in his arboribus fructicatio inutilis. Var. lib. j. de re ruſ. Nā ſtolonis illa lex quę vetat plus quingenta iugera habere ciuem romanū. Et qui propter diligentiā culture ſtolonum confirmauit cognomen ꝙ nullus i eius fundo reperiri poterat ꝙ effodiebat circum arbores radices que naſcerentur e ſolo quos ſtolones appellabant.

Stomachus fiſtula per quē cibus deſcendit: ſed ponit̄ pro ventriculo. i. receptaculo ciborū. Eſt eñi principium inteſtinorū a ſeptimę ſpinę vertebra incipiens circa ꝓcordia cū ventriculo cōnexus ab στομα του στοματοσ ore ⁊ εχω habeo ηχεω: q2 os ſic habēs vt effundat alio. Iuue. Si ſtomachus dñi feruet vinoqꝫ ciboqꝫ. Interdū ſtomachus ponit̄ ꝓ indignatione ⁊ ira odio ⁊ faſtidio. Cice. lib. iiij. tuſ. Tractata diffinitione fortitudinis intelliges eā ſtomacho non egere. Sic dicimus Nō poſſum ſine ſtomacho dicere: hoc eſt cū faſtidio ⁊ indignatiōe. Interdū in bonā partē capit̄ ꝓ facilitate. Pli. in ꝓlogo. Argumentū huius ſtomachi mei habebis. i. huius mee facilitatis et manſuetudinis ⁊ benignitatis.

Stomachor indignor ac turbor. Cice. Caſ. Si eñi ſtomachabere ⁊ moleſte feres plura dicem⁹. Hinc ſubſtomachor paulū faſtidio. Augu. lib. iij. cō. Ille iam ſubſtomachans tedio. Vade inquit a me ita viuas fieri nō poteſt vt filius iſtarū lachrymarū pereat.

Stomachicus qui ex ſtomacho laborat. Plin. lib. xxv. ſcribit helleborꝫ mederi ſtomachicis.

Stomachoſus qui facile indignatur ac cuncta faſtidit. Cice. Appio pul. Accipit ꝓ eo qui iniuriā contumeliāqꝫ facit: ſtomachoſiores inq̄t meas litteras quas dictas non intelligo.

Storax genus aromatis: et arbor vnde fluit. Dicitur ⁊ Styrax. Pli. li. xij. Arabes ex ſyria reuehūt ſtyracē. Ex hac fiebat oīe vnguentū.

Storea quā extendimus ſuꝑ terrā. Pli. lib. xv. Colligi mala poſt equinoctiū auctūnale neqꝫ ante ſextā decimā lunā: neqꝫ ante primā horā cadiua ſeparari ſtramentis ſtoreis paleiſve ſubſterni. Dicta ſtorea απο του στορεννυμι: quod ſignificat ſternere. Hęc alio noie ⁊ teges ⁊ matta vocat̄.

Stratum participiū ſiue ſupinū verbi ſterno: et ſignificat id quod ſterni ſolet. Virg. Strata iacent paſſim ſua queqꝫ ſub arbore poma. Stratum vo nomen ponitur pro lecto: vt in ꝑs. Stratum lachrymis meis rigabo. Strata etiā dicuntur omnia veſtimenta quę ſternūtur: vt veſtes ſtragule ⁊ periſtromata. Ouid. Strataqꝫ quę membris intepuere tuis. Rurſus ſtrata ſeu inſtrata generaliter dicunt̄ oīa q̄ equis muliſve inſternunt̄: et dicim⁹ equos ſtratos inſtratoſqꝫ eis ornatos. Liui. lib. vij. Strata detrahi iubet. Et libro de ſecūdo bel. pu. Armatos deinde inſtratiſqꝫ equis ſignū expectare. Seneca ad Lucil. Stultus ē qui equū emptur⁹ nō ipſum inſpicit ſed ſtratū eius ⁊ frenos. Strataqꝫ ſine appoſitione vię: dicit̄ via lapidibus tecta: vt ſunt vię romane in oēs italię vrbes ſilicib⁹ ſtrate. Ideoqꝫ plus ſceleris latro predo percuſſorqꝫ cōmittit ſi in via ſtrata in viatorē graſſat̄

Stratus us. lectus. Hiero. lib. ij. Re. Accidit vt ſurgeret dauid de ſtratu ſuo.

Stratoriū qđ ſterni ſolet. Idez in eodē. Obtulerunt ei ſtratoria ⁊ tapetia.

Stramen quod ſolo quieſcendi gratia ſternit̄. Dicitur ⁊ ſtramentū/et proprie eſt ſtipula. Var. Tertio modo metitur: vt ſtramentum medium ſubſecent quod manu ſiniſtra ſummū ꝓhendūt: a quo medio meſſem dictā puto. Infra manū ſtramentū qđ terrę heret poſtea ſubſequatur. Dictum ſtramētum a ſtando vel a ſtratu quod id ſubſternatur pecori.

Stramineus a.um.qđ eſt ex ſtramine. Prop. Stramiñea poſſet dux habitare caſa. Doxius ędificij lutei inuentor fuit exemplo hirundinū.

Stramentitius a.um.quod ex ſtramento fit.

Strages ſignificat cladem depulſionē profligationem iacturā. Nam antiqui ſterno ⁊ fligo in eadem ſignificatione accipiebant.

Stragulū genus veſtis inquit Aſco. Alp. Stragulam veſtem accipit pro veſtimento quod inijcit quale eſt grecorū palliū. ſed Hiero. pro veſte muliebri poſuit cum inquit. Stragulatam veſtem fecit ſibi/byſſus ⁊ purpura indumentū eius. Alij accipiunt ꝓ lectorum opertorio: vbi ⁊ dormiebant antiqui ⁊ diſcūbebant vario deliniměto figurarū aut acu picto. Var. Quicquid inſternebant: a ſternendo ſtragulū appellabant quicq̄d culcitre ſternit. Tibul. Nam neqꝫ tūc plumę nec ſtragula picta ſoporē. Et ſtragulas veſtes aulea ⁊ tapetes intelligimus.

Stranguria difficultas vrine qñ guttatim micturiunt: ab στραγγαλέω conſtringo et το ουρος vrina: vel ab σταγξγος: quod apud nos guttā ſignificat ουρεω mingo latine. Subſtilliū dicit.

Strangulo as. ſtringendo gulam neco. Plini. lib. vij. Fabius ſenator pictor in lactis hauſtu vno pilo ſtrāgulatus eſt.

Stratagemata aſtutie rei militaris: geſta militaria: exempla: ſiue conſilia militaria: quibꝰ hoies ad ſimilia faciēda ducunt στρατος eñ exercitus αγω duco Stratia militia exercitus.

Strato nomen ꝓprium ſidonis reguli: qui vt Hiero. ſcribit manu ꝓpria ſe volēs confodere ne imminentibus Perſis ludibrio foret: quorū fedus egyptij regis ſocietate neglexerat retrahebatur formidine: et gladium quē arripuerat circūſpectans hoſtium pauidus expectabat aduentū. Quē iamiāqꝫ capiendū vxor intelligens extorſit acinacem demanu et latus eius tranſuerberauit. Cōpoſitoqꝫ ex morte cadaueri ſe moriens ſuperiecit ne poſt virginalia federa alterius coitum ſuſtineret.

Strena munus quod datur die feſto ominis boni gratia qualia ſunt que paſſim dantur die dominice natiuitatis et principio anni noui: a nūero quo ſignificat alterū tertiūqꝫ venturū ſimilis cōmodi veluti trena. que prępoſita ſ. littera dicit ſtrena vt in lite ſolebant antiqui dicētes ſlitem. Quidā a ſtrenuitate ſtrenam dici putant. Pompo. Aſſide ſi qua ventura eſt alia ſtrena ſtrene. Sue. de Cali. Et ne ſordidus fetiduſqꝫ imperator eam conſuetudinis priſcorū liberalitatis gloriā conſeruaret ineunte anno dixit ſe per calēdas ianuarij ſtrenas recepturū ſtetitqꝫ in veſtibulo ędiū calendarū die ad captādas ſtipes quas plenis ante eū manibus ac ſinu omnis turba ferebat: tamē gręce vulgo ita dicit etiā verſus ſubaudiam.

Strenuꝰ fortis/celer/vigilans: et ad res gerēdas promptus. Sal. Nā vt quiſqꝫ ſtrenuus ceciderat in bello Col. li. viij. Magiſter pecoris acer durus ſtrenuus: laboris patientiſſimus alacer atqꝫ audax eſſe debet Hinc ſtrenuitas. Ouid. Priſcaqꝫ ſtrenuitas manſit.

Strepo ſtrepis ſtrepui ſtrepitū. vnde ſtrepitus us. qui proprie pedū ambulātiū manuumqꝫ aliquid pertractantiū ſonus eſt. Appellatur ⁊ faſtus ⁊ pompa diuitiarū quaſi a ſtrepitu comitantiū: vt apud Quintili. Hic cum me euocaſſet ſubito trepidū: totoqꝫ fortūę ſue ſtrepitu circūſtetiſſet. Hinc cōponunt Cōſtrepo. Gel. lib. ij. At omniū bonorū ⁊ teſtimonijs ⁊ exemplis conſtrepebat. Circūſtrepo. Auguſt. lib. iij. con. Veni carthaginē ⁊ circunſtrepebat me vndiqꝫ ſartago flagitiorum amorum. Inſtrepo contra vel valde ſtrepo: aut cum ſtrepitu nomino. Virg. lib. iij. geor. Poſt valido nitēs ſub pondere faginus axis Inſtrepat. Auguſt. libro. viij. cō. Omnes ſibimet inuicem quiſqꝫ vt eū nouerat inſtrepuerunt nomē in ſtrepitu congratulationis. Interſtrepo. Virgili. Digna ſed argutos interſtrepere anſer olores. Obſtrepo cōtra aliquem ſtrepitū facio. Sal. Ad hęc maledicta alia cum adderet obſtrepere omnes hoſtem atqꝫ parricidam vocare. Perſtrepo: valde ſtrepo. Teren. in eu. Foras ſimul prorūūt ſe abeunt lauatū perſtrepunt: ita vt fit domini vbi abſunt. Et omnia habent penultimā correptam.

Strepito as. penul. cor. ſępe ſtrepitū facio. Virg. lib. j. geor. Neſcio qua ꝑter ſolitū dulcedine leti: Inter ſe folijs ſtrepitant.

Strepitus us. Vide paulo ante in dictione ſtrepo.

Strideo es. dui. et Strido is. di. Virg. Striduntqꝫ caminis ſtricturę chalybum. Et proprie ſtridere dicit cum funes ſonum faciunt. Idē. Stridorqꝫ rudētum: Quis etiā ad alia transferatur. Hora. in ſer. Stridere ſecreta diuerſos aure ſuſurros. Et in Euā. legitur ſtridor dentium.

Stridon oppidū in agro Iuſtinopolitano: a quo diuus Hiero. ortum habuit. Quod a gothis euerſum dalmatię quondā pannonięqꝫ confiniū fuit.

Stringo is. xi. ctum. arcto. Pli. Apprehenſamqꝫ manu ſtringit. Per trāſlationē ſtringere qñqꝫ pro pcutere ponitur. Virg. lib. x. Atqꝫ animū patrie ſtrinxit pietatis imago. Quandoqꝫ ꝓ rarefacere/excidere. Idē in buc. Hic vbi denſas Agricole ſtringunt frondes. Quādoqꝫ pro decerpere/colligere. Idē lib. ij. geor. Sed tamē ⁊ quernas glandes tunc ſtringere tēpus ⁊ lauri baccas. Hinc ſtrictiue oliuę quę manu legūtur ad differentiam caducarū. Quādoqꝫ pro radere. Idem lib. viij. Ego ſum pleno quem flumine cernis ſtringentē ripas. Quādoqꝫ pro vulnerare. Idem in eodem. Nunc primū leuis haſta themille ſtrinxerat. Qñqꝫ pro attenuare/componere: quod ſtringendo fieri ſolet: vt ⁊ ſtringite remos. Stringere enſem eſt nudare. Idem lib. xj. Strictū rotat acer lucagus enſem. Huius compoſita ſūt Aſtringo: quod eſt iuxta ſtringo. Conſtringo ſimul totum ſtringo. Colu. lib. vj. Si eodē ſcrobe duas aut tres arbuſculas voles conſtituere: curato ne pariter ſe conſtringāt. Diſtringo valde ſiue diuerſis modis ſtringo. Deſtringo deorſum: aut valde ſtringo/excido. Col. lib. v. Iam ho muſcus qui more compedis crura vitium et vineta comprimit ſituqꝫ veterno macerat ferro diſtringendus ⁊ eradendus eſt: atqꝫ hoc in ima parte vitis. Exſtringo extra ſtringo. Hieron. ad Cteſi. Tamen in ꝑſenti epiſtola hoc breuiter extinxiſſe ſufficit ꝙ iuſti appellentur nō quo omni vitio careāt: ſed ex maiore parte virtutū. Obſtringo Perſtringo Pręſtringo Reſtringo et Subſtringo. Colu. lib. ij. Boues cum ab opere diſiunxerit ſubſtrictos cōfricet: manibuſqꝫ comprimat dorſum.

Strictim aduerbiū ſignificat ſingula ſtringēdo. Unde ſtrictim referri dicimus ea que cum ſparſa ac diffuſa eſſent: breuiter ⁊ quaſi ſummatim colligunt.

Stricte ſignificat arcte: a quo formantur ſtrictius ⁊ ſtrictiſſime.

Strictiue oliue: que manu colliguntur ad differentiam caducarum.

Stricture ꝓprie dicunt ſcintillę que de ferro candenti micant euntqꝫ cum maſſa malleis tūditur: aut ꝙ ſtricte emittuntur: id eſt celeriter: aut ꝙ oculos ſuo fulgore perſtringūt. Virg. lib. viij. Stricture chalybū et fornacibꝰ ignis anhelat. Ser. vero ait. Strictura eſt terra ferri in maſſam coacta: ibiqꝫ ponitur ſtrictura pro ferri maſſis.

Strigones denſarum virium homines ꝙ in ſe conſtricti atqꝫ arctati ſint.

Strige ordines rerũ inter ſe continuate collocatarũ: ꝙ vna ſint ſtricte. Col. lib. ij. Utrumꝗ ſiccatũ coarctabimur in ſtrigam: atꝗ ita manipulos vinciemꝰ. Itẽ longitudo maior latitudine dicit̃. Striga: a quo ſtrigatus ager vocat̃ qui ꝑ ſtrigas creſcit a ſeptentrione in meridiem.

Strigoſus a. um. quod eſt exhauſtũ ⁊ macilentũ: quaſi ſtringoſum. Unde iumenta ſtrigoſa dicta ſunt ꝙ corpora eoꝝ reſtricta ſint fame: aut alia vitij cauſa. Col. lib. vij. Nec poſſit huic aliquatenus cõparari ꝙ progenerat onager: niſi ⁊ indomitũ et ſeruire contumax ſilueſtri more ſtrigoſum patrẽ ꝓferret habitũ. Et lib. viij. Placide ac lente pabulet̃ vt et largi ſit vberis ⁊ non ſtrigoſiſſimi corporis.

Strigmenta: ſordes que ex corporibus raduntur. Unde ſtrigmenta olei dicimus ceromata. i. ſordes olei q̃ ex vnctorũ athletarũ corporibꝰ radunt̃. Pli. Notum eſt magiſtratꝰ honoris eius octogenis ſeſtertijs ſtrigmenta olei vendidiſſe.

Strigil inſtrumẽtũ proprie e ferro dentatũ: a ſtringendo. i. radẽdo quo equos ⁊ id genus iumẽta expolire ſolẽt equiſones e corpore ſordes abradẽdo. Eo vtebant̃ veteres ad radendas ſordes corporis ſudorẽꝗ tergendũ: precipue in balneis anteꝗ comederent ex auro argẽto ferro. Interdũ etiã lapidibus quibuſdã vt nunc linteis. Perſius. I puer et ſtrigiles criſpini ad balnea defer. Quidã ſtrigiles accipiũt pro pectinibus fricatorijs quos indi ex hebeno faciebant. Legimus apud Stra. lib. xv. de moribus indoꝝ. Illos exercitium precipue frictionẽ probare ⁊ maxime ſtrigilibus hebeni leuibus corpora expolire: reges ꝗ̊ꝗ corpora ſtrigilũ perfrictione curare. Strigiles etiã ſũt velaria vnde athlete poſt laborẽ ſtringunt̃. Pli. de ſpongia. Cinis eius plurimũ proficit contra ſcabricies genarũ et quicquid opus diſtringere preſtat et ſtrigilum vicem linteorumꝗ affectis corporibus. Alij ſtrigilẽ accipiũt pro quodã vaſis genere. Stra. Inde ſtrigilum ⁊ ampullarũ artifices mature euaſerant. Plau. in perſa. Ampullã ſtrigulem ſcaphium ſoccos palliũ marſupium habeat. Cice. lib. iiij. de. fi. Si ad illam vitam que cũ virtute degatur ampulla aut ſtrigilis accedat. Et in hiſpania ſtrigiles etiã vocabãt auri paruulas maſſas. Itẽ ſtrigil aluminis genus pumicoſum ⁊ foraminum fiſtulis ſpõgie ſimile rotundumꝗ natura. Cor. Celſus. Medicamentũ in aurem ꝑ ſtrigilẽ inſtillari iubet. Strigiles etiã num ſermõe vernaculo piſciculi quidã dicũtur: quorũ frequens fit captura ꝑ hyemes. Hanc dictionẽ Priſ. a ſtringo vel a greco στλεγγισ deduci exiſtimat.

Strigilecula dimi. a ſtrigil pro vaſe Apul. Strigilis ⁊ gutti ſpeciẽ graphice deſcribens ſic inquit. Qui magno inceptu predicauit fabricatũ ſemet ſibi ampullã quoꝗ oleariã quã geſtabat lenticulari forma tereti ambitu preſſula rotunditate: iuxtaꝗ honeſtam ſtrigileculam recta faſtigiatione clauſule flexa tribulo ligule: vt et ipſa in manu capulo moraretur: et ſudor ex ea riuulo laberetur.

Strigium veſtis hiſpanica. Plau. Nudus eſt iurat ſe tribulo ſtrigium oppigneraſſe.

Strix ſtrigis: auis quedã nocturna ⁊ importuna a ſtridendo dicta. Luc. libro. vj. Et trepidus bubo ꝙ ſtrix nocturna queruntur. Aggredit̃ pueros nutricis egentes: et ex illoꝝ corpuſculis vitalẽ ſanguinẽ abſorbet. A cuius auis nocumento ſtriges appellamus mulieres puellulos faſcinantes ſuo cõtactu ⁊ lactis munerumꝗ oblatione. Sere. Preterea ſi forte premit ſtrix atra puellos. Viroſa immulgẽs exertis vbera labris. Striges etiã ſunt olera vilia: vt apud Plaut. in pſeu. Hei homines cenas ſibi coquũt cũ condiũt: non condimẽtis condiunt: ſed ſtrigibus. Iuuena. Et ſonat vnctis ſtrigibus. Legit̃ ⁊ ſtrigilibus.

Strie et ſtriature: ſunt quaſi canalicule et ſulci quibus quoddam columnarum genus excauatur. Victru. lib. iij. Columnarũ ſtrie faciende ſunt. xxiiij. Ita excauate vt norma in cauo ſtrie cum fuerit cõiecta circũacta anconibus ſtriarum dextra ac ſiniſtra tẽgat acumen. Hinc ſtriatas columnas: dicimus que ſtrijs diſtincte ſunt. Plini. li. xxj. Candor eius eximius folijs foris ſtriatis. Apul. Frontem ſtriatam vocat cõtractam caperatamꝗ et quaſi ſulcos facientem pre triſtitudine. Striare etiam videntur boues cum peracto aut non peracto priore verſu alius initur. Hoc autem fieri dum boues adhuc in priore verſu anhelant non conuenit.

Strimon fluuius thracie. Unde fit ſtrimonius a. um. Virg. li. j. ge. Strimonieꝗ grues: et amaris intyba fibris. De primitiuo idẽ. Rupe ſub aduerſa deſerti ad ſtrimonis vndam.

Strobilus nucleus pineus ſimiliter ⁊ arbores nucleos pineos ferentes ſtrobili dicũtur apud Dioſcorum ⁊ Galenum.

Strophas adis. latine cõuerſio vertigo.

Stropha: acumen ſubtilitas: ab στροπή conuerſio. Hiero. cõtra Ruf. Vis ſcire totas argutiarũ tuarũ ſtrophas vel ſpecularũ inſidias.

Strophos: dolor inteſtinorum: quos tormines latini vocant.

Strophius propriũ nomen phocenſis regis.

Strophium: faſcia pectoralis que virginalẽ tumorem cohibet papillaꝝ. Turp. Me miſeram ꝙ inter vias ep̃la excidit mihi infelix quã iter tuniculã ac ſtrophiũ collocarã. Strophia etiã corona ab inſigni qđ imponebat̃ capitibus ſacerdotũ quod απο του στροφειν: hoc eſt vertendo. Pli. lib. xxj. Tenuioribus vtebant̃ antiqui coronis ſtrophia appellãtes. Huius diminutiuũ eſt ſtrophiolum.

Strophades ſũt due inſule in mari Ionio quas antea plote vocabantur. Virgiliꝰ. Accipiunt ſtrophades graio ſũt nomine dicte Inſule ionio in magno. Dicte ſtrophades ab στροφη conuerſio. Suidas autem στροφιον τοσ τρογγυλον ζωναριον: et ſubdit ωσ στροφιον δια δημαδι ωσ και οι ιερεισ φορουσι.

Strongylos ⁊ ſtrongyle es. penul. cor. Inſula in mari egeo: vna ex eolijs ſic dicta q: ſit rotunda ⁊ globoſa quod ſtrongylon grece deſignat. Nec vt Plini. lib. iiij. ſcribit vinearum fertilis eſt cuiꝰ ambitus patet. lxxv. milibus paſſuũ. Ea nunc Naxos: ſed antea dia vocata. Syr. lib. xiiij. Mille agathina dedi ꝑlataꝗ ſtrongylos hauſtris.

Stroma ſtromatꝭ: omñe qđ ſternit̃: a quo fit periſtroma.

Struo is. xi. ctum. ordino ſeu ordinate apto. Liui. lib. j. Poſtꝗ ſtruxi vtrinꝗ ſtabant cum paucis procerũ in medium duces prodeũt. Compoſita huius verbi ſunt Adſtruo: conſtruo: deſtruo: extruo: inſtruo: obſtruo: preſtruo: ſubſtruo: et ſuperſtruo: que ſm vim prepoſitionum ſignificant. Hieron. ad Terentiam. Hinc valles ſubſtructiõibus opplendo. Cypri. Ad certamen animus ante preſtruitur quando ſe aduerſarius confitetur.

Structilis ⁊ hoc ſtructile pe. cor. vt ſtructiles columne que nõ ſunt ex vno lapide: ſed ex multis.

Structor qui aliqđ ordinat. Ponit̃ et ꝓ cellario qui inſtruende menſe ⁊ cibo curã habet a ſtruendo. i. ordinando ⁊ cõponendo qui cultello ſcindit in fruſtula. Mar. Et que nõ egeãt ferro ſtructoris offelle. Qui vero cõuiuij princeps eſt architriclinus vocat̃.

Structura edificium ſiue compoſitio ⁊ ordinatio. Col. lib. j. Igit̃ ad ſtructure cũ primũ ſtatim fundamenta iaciuntur: euitandum eſt.

Strues a ſtruo ꝓprie lignoꝝ cõgeries eſt. Et ſtrues dr̄ genus libi quod addebatᷣ in ſacris. Ouid. lib. j. faſt. Nec adolet flammis cũ ſtrue farra ſuis.

Struma tumor vel morbꝰ qui a ſcrophis que id morbi patiuntur Scrophula dicitᷣ. in quo ſubtus concrete quedam ⁊ pure ⁊ ſanguinee quaſi glandule oriũtur. Inde ſtrumoſi dicuntur qui id vitium patiuntur. At Cor. Cel. ſcribit Strumam extantia quedã in tergo. Gibbus vero in pectore. Alij strumã vitiũ gutturis eſſe putant. Catul. in opprobriũ dixit Sella in curruli ſtruma nonius ſedet. Inde ſtrumoſus. Iuuena. Nec pretextatum rapuit nero loripedem vl' ſtrumoſum atqꝫ vtero pariter gibboqꝫ tumentem. Pli. lib. xj. Guttur homini tm̄ et ſuibus intumeſcunt aquarũ quę potãtur plerũqꝫ vitio: propter qđ quedã tubera ſpongioſa ꝑ corpus aliqñ inſperſa ſcrophule dicunᷣ quę etiã ſub ſtrume appellatione cõtinenᷣ: vt rectius ſtrumule q̃ſi parue ſtrume ꝗ̃ ſcrophule nominẽtur.

Struthius ⁊ pro fę. Struthio auis eſt corpore grãdis grauiſqꝫ. Hiero. in iob. Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennę herodũ ⁊ accipitris.

Struthiocamelus: maxima auium eſt ſi tamen auis eſt dicenda cũ pennas duntaxat habeat vt adiuuent ad currendum cetero volucris non ſit nec a terra tollatur. Vngulas habet ceruis ſimiles biſulcas comprehendendis lapidibus vtiles quos in fuga cõtra inſequentes pedibus ingerit. Concoquit quecũqꝫ deuorat ſine aliquo delectu. Mira in eo ſtoliditas. Etenĩ in tanta corporis altitudine: ſi colla frutice occultauerit latere ſe putat. Oua eius in pretio ſunt ꝓpter amplitudinẽ: et pennę quia galeas varijs coloribus infecte adornãt.

Studiũ eſt vehemens applicatio animi ad aliquid peragendum. Accipitur quãdoqꝫ pro exercitatione: vt cũ dicimus ſtudia litterarũ. Colu. Et ne ſingula perſequar ei ſtudio: quod quiſqꝫ agere velit cõſultiſſimũ rectorem adhibeat: id eſt exercitio vel operi vel arti. Quãdoqꝫ pro diligentia. Quãdoqꝫ pro fauore ſeu amore. Sal. D. Syllanum certe ſcio ꝗ dixerit ſtudio reipu. dixiſſe. Quãdoqꝫ pro volũtate: vt Scinditur incertũ ſtudia in cõtraria vulgus.

Studioſus modo aſſiduum ac perſeuerantẽ ſignificat. Ci. ad heren. Ideoqꝫ bonis viris et ſtudioſis amicꝰ erat. Modo cupidũ ⁊ alicui rei debitum atqꝫ addictũ: vt ſtudioſus laudis. i. cupidꝰ et ſtudioſus cęſarꝭ: id eſt amator vel beniuolus. Cic. Cecinne: Viri ſunt optimi ⁊ tui ſtudioſi ⁊ mei neceſſarij. Hinc fit Perſtudioſus. Idẽ in Cato. Attribuito lr̄is grecꝭ quarũ conſtat eũ ꝑſtudioſum fuiſſe in ſenectute.

Studeo ſtudes ſtudui itum. ſtudium adhibeo: do operam alicui rei. Cęſar con. j. Cupiditate regni adductus nouis rebus ſtudebat: id ẽ vacabat: conſtruitur etiam cum ablatiuo mediante in vel etiã accuſatiuo ꝑ̃ſertim ſi aliquid ſtudioſius legimus. Titi. in pſal. Ferẽtinatis populꝰ gręca ſtudet. Et ſtudere eſt amare: ſiue fauere. Sal. Neqꝫ ſtudere neqꝫ odiſſe: ſꝫ minime iraſci decet. Ouid. lib. ix. me. Cui ſtudeat deus omnis habet. Item Eniti. Cice. lib. j. offi. Quorum vero patres aut maiores aliqua gloria preſtiterunt: hi ſtudent plerumqꝫ in eodẽ genere laudis excellere. Lactan. lib. iij. duo ſignificata eius comprehendit. Qui ſapiẽtię ſtudet vtiqꝫ nondũ ſapit: ſed vt ſapere poſſit ſtudet.

Stupa linum vile quod lini cortici proximum eſt: vt inquit Plini. ab gręco στυππειον quod ſtupam ſignificat: vel a ſtipando ꝙ ea ſtipentur naues. Hinc Stupeus a. um. Virgilius. Subijciunt lapſus et ſtupea vincula collo.

Stuprum eſt coitus lege vetitus qui duplex eſt. Unus cum nupta quod adulterium dicitur: aut cum puero aut cum ſanguine coniunctis: ſiue ſacris virginibus aut cum vis affertur: cuilibet perſone: etiã ſi ancilla ſit. Aliquãdo ſtuprum poniᷣ pro turpitudine. Neuius Perire malunt ibidẽ ꝗ̃ cũ ſtupro redire ad ſuos populares. Ennius. Fede ſtupreqꝫ caſtigor quotidie turpiter.

Stupro as. vitio ſtupro. Plau. in aul. Is adoleſcentis illius eſt auũculus qui illam ſtuprauit noctu cereris vigilijs. Cic. lib. iiij. ad herẽ. Qui violaſſet ingenuã: matrem conſtupraſſet.

Stupeo es. pui. ſignificat quodã modo ſenſum rerum nõ habere. Perſius. Sed ſtupet hic vitio. i. inſanus eſt factus vitijs. Iungitur et cũ accuſatiuo. Cice. de fi. bo. Nec cũ loqueris varrones ſtupemus. Huius compoſita ſunt Obſtupeo et Subſtupeo: a quibus Stupeſco: obſtupeſco: ſtupefacio: obſtupefacio: ſtupefio: et obſtupefio.

Stupor eſt alienatio quedam ſenſuum ꝙ ſcilicet ſenſus conſtipentur.

Stupidus quãdoqꝫ pro ſtupefacto: qñqꝫ pro inſenſato accipiᷣ. Unde ſtupentia ſiue ſtupida dicunᷣ quando vel paruũ vel nullũ habent ſenſum.

Stultus: imprudens / improuidus. Nam et multi non inſipientes aliquãdo ſtulte aliquid vel agunt vel loquuntur. Fatuus plene inſipiens. Afra. Ego ſtultũ me exiſtimo fatuũ eſſe non opinor. Inſanus qui abiecta ratione cũ furore ⁊ impetu oĩa facit. Rudis qui nunqꝫ didicit. Stultitia quattuor modis dignoſcitur. Aut cum non venerit in mentẽ quod oportet. Aut ſi venerit: non tenere: aut bonum conſilum non admittere: aut malũ admittere. hinc Heſiodus econuerſo. Optimus ille quidem qui per ſeſe omnia noſcẽs Preceptor ſuus ipſe ſibi meliora peregit. Rurſus et ille bonus monitus qui recta ſequeᷣ. Qui non ipſe ſapit neqꝫ credit recta monenti: Hic nullam in partem vtilis eſt.

Stypticus: idem quod ſtrictus: ab στυφω obturo: ſtringo.

Stymna eſt ſpiſſamentũ et domitura vnguenti: vt inq̃t Dioſcorides.

Stymphalus lacus in arcadia in cuiꝰ ripis erat Stymphalũ oppidũ. Ouid. lib. ij. faſt. Teſtis erit phoioe teſtes ſtymphalides vndę. A ſtymphalo lacu ſtymphalides aues appellate ſunt tante magnitudinis: vt ſolis radios obumbrare dicerentur omnẽ arcadiam deuaſtantes. Hiero. Cerberũ et ſtymphalidas narrãt fabulę poetarũ. A ſtymphalo oppido fit. Stymphalius a. um. et Stymphalis idis. Hieron. contra Ioui. Ariſtoteles Orcomeni tyrãnus adamauit virginẽ Stymphalidẽ que cũ patre occiſo ad templum diane conceſſiſſet: et ſimulachrũ eius teneret: nec vi poſſet auelli: in eodẽ loco confoſſa eſt. Ob cuiꝰ necẽ tanto omnis arcadia dolore commota eſt: vt bellum publice ſumeret: et necem virginis vlciſcereᷣ.

Styx gis. generis fęminini proprie meſtitiam deſignat στυγνος enim triſtis dicitur στυγναζω mereo: vel dicitur ab στυγω timeo odi ꝙ terrori omnibus ſit. Virgꝭ. Stygiamqꝫ paludẽ dij cuiꝰ iurare timent et fallere numen. Fingiᷣ a poetis ꝙ ſit infernalis palus cum ſit fons in arcadia exitioſus animalibus cuius aqua illico necat ex nimio frigore: vtpote cũ perfluens ipſa ſtatim lapideſcat. Tradunt hac aqua es ferrum erodi ⁊ omnia vaſa in ea miſſa frangi preter cornea. Eſt et alia palus in ęgypto iuxta memphim quam veteres ſtyga vocauere. Hinc ſtygius a. um. Seneca. Hic ſceuus vmbras territat ſtygius canis Ariſtophanes autem in ea comedia: que βατραχος εγγραφεται ενταυθεν αυλων τισ οι περι εισι προ νοσει τεφωσ καλλιστον ωσπερ ενθαδε και μυρριμωνασ και θιασουσ αι-

Δαιμόρας ἄνδρον γυναικὸν καὶ κρόσον χεῖρων πολυν. Nã ſtix proxima eſt elyſio.

## S Ante V

Suauis dulcis: a quo ſuauitas ⁊ ſuauitudo pro dulcedine. Plau. Suauitudo mea. Quorũ cõtraria ſunt Inſuauis/auſterus/aſper. Inſuauitas inſuauitudo. Aduerbia ſuauiter/inſuauiter/ſuaue/⁊ inſuaue. Virgili. Et ſuaue rubens hyacincthus.

Suadeo es. ſi. ſum. ſm naturã biſyllabũ eſt: licet multi triſyllabũ putent. Quod et ſi inueniatur ſolutio dicẽda eſt a ſuaue et do pro dico. compoſitũ eſſe quidã arbitrant̃: hoc eſt ſuaue dico. Eſt em̃ ſuadere accommodatis ⁊ ſuauib⁹ verbis aliquẽ in opinionẽ noſtrã inducere conari: hoc eſt hortari aliquem ad id quod intendimus. Cuius contrariũ eſt diſſuadere. De perſuadeo ſupra habitũ eſt.

Suadela pe. pro. ſuaſio dicit̃.

Suaſorius a. um. quod ad ſuadendũ ptinet: vt ſuaſoriũ munus. i. officium ſuadendi. Et pars deliberatiua a rhetoricis ſuaſoria dicit̃.

Suaſum: color ex ſtillicidio fumoſo in veſtimẽto albo. Sunt ⁊ qui omnẽ colorẽ ſuaſum velint appellari: ꝙ quaſi perſuadat̃ in aliũ colorẽ tranſire.

Suauiũ qđ et ſauiũ dicit̃ p diminutionẽ. i. voluptas or. Terẽ. O thais meũ ſuauiũ.

Suauior aris. et ſauior ſignificat cũ voluptate aut pre gaudio oſculor. Catul. ad Vetaniũ. Lucidũ os oculoſqꝫ ſuauiabor. De hoc etiã in Diſſauior.

Suapte ſua ipſiusnatura. Et ſuopte ſuo ipſius: ſicut meopte meoipſius. Cice. lib. j. tuſ. Terrena ⁊ humida ſuopte nutu et ſuo pondere ad pares angulos in terrã ⁊ in mare ferũtur.

Sub prepoſitio ⁊ ſeparatur: et componitur. Separata aliquãdo denotat tempus ⁊ accuſatiuo iungitur: ſignificatqꝫ circa vel per. Virg. Sub lucem exportãt calathis. i. per lucem: ſeu adueniente luce. Aliquãdo ponitur pro in: vt ſub idẽ tempus: ſub eandem horã id eſt in eodem tempore/ in eadem hora: qꝫꝫ et per idem tempus/et per eandem horam: vel circa idem tẽpus/et circa eandẽ horã exponi poſſit. Liui. Vtrinqꝫ legati fere ſub idẽ tempus ad res repetẽdas miſſi. Sue. de Augu. Sub horã pugne tam arcto repente ſomno deuictus vt ad dandũ ſignum ab amicis excitaretur. Aliquãdo pro ſtatim poſt: vt ſub hec verba. Cice. planco. Sub eas autẽ reddite ſunt. Aliquãdo ſignificat ad locũ et pro ante ſumit̃. Virg. Poſteſqꝫ ſub ipſos nituntur gradibus. Aliquãdo in loco et p ſubter capitur/conſtruiturqꝫ cũ ablatiuo. Idem lib. viij. Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. Itẽ cũ ablatiuo accipitur pro in: vt apud eundẽ. Namqꝫ ſub ingenti luſtrat dũ ſingula templo. Itẽ prope: vt quo deinde ſub ipſo ecce volat. Itez ſignificat cũ: vt ſub ſarcinis. i. cum ſarcinis. Compoſita ⁊ plerumqꝫ localem ſignificationẽ retinet que illi propria eſt: vt ſubeo ſuppono. i. ſubter. Interdum ſignificat infra: vt Caudamqꝫ remulcens ſubiecit pauitãtem vtero ſiluaſqꝫ petiuit. Interdũ diminutionem: vt ſubdubito/ſubiraſcor. i. aliquantulum. Eſt em̃ vt Do. inquit. temperamentũ plene pronunciationis. Interdũ ſignificat ſupra: vt Corpora ſaltu ſubijciũt in equos: id eſt ſupra iaciunt. Interdum proſpere: vt ſuccedit. Interdũ poſt: vel qꝫprimũ: vt ſubſequor. Interdum contra vel prope: vt ſubſiſto. Ceſar. Audacius ſubſiſtere: nõnunqꝫ et nouiſſimo agmine prelio noſtros laceſſere. Interdũ prudenter/ſeu diligenter: vt ſubſeruio. Interdum in promptu: vt quomodo ratio non ſubeſt. Interdũ latenter: vt ſuppilo. Interdũ ſenſim: vt ſurrepo. Interdum adbuc. Liui. Tanqꝫ ſpes ſubeſſet. Componitur autẽ fere cum omnibus litteris. A vt ſubaro. B vt ſubbibo. C vt ſuccido. D vt ſubdo. E vt ſubeo. F vt ſuffero. G vt ſuggero. H vt ſubhaſto. I vt ſubiũgo. L vt ſubleuo. M vt ſubmoueo. N vt ſubnecto. O vt ſuborior. P vt ſuppono. R vt ſurripio. S vt ſubſanno. T vt ſubtraho. V vt ſubuenio. Sed quotiens ſubiungit̃ vocalibus vel b. d. h. l. n. ſ. t. remanet b. integra: in alijs mutatur b. in litterã ſequẽtem: ſubrideo/ſubrogo/ſubruo. Suſtineo vero ſuſpiro/ſuſpicor/ſuſpicio/ſuſtuli/ſuſtollo: ⁊ huiuſmodi ſine b. ſcribenda ſunt: quia non a ſub: ſed a ſuſum ſiue ſurſum compoſita ſunt.

Sub corona venũdari captiui dicebant̃: quia coronati vendebantur.

Sub iugũ dicebant̃ hoſtes miſſi eſſe: quia duab⁹ haſtis in terra defixis: tertiaqꝫ ſuperligata inermes ſub ea tranſire cogebantur.

Sub manu vulgaris locutio: et ſignificat ſtatim: temporiſqꝫ momentũ quaſi de manu in manũ. Seneca libro. x. epiſtolarum ad Lucil. Conſiliũ naſci ſub die debet et hoc quoqꝫ tardũ eſt nimis: ſub manu quoqꝫ quod aiunt conſilium naſcatur. Sueto. de Augu. Et quo celerius ac ſub manu annũciari cognoſciqꝫ poſſet quod in prouincia quaqꝫ gereretur: iuuenes primo modicis interuallis per militaris vias/ dehinc vehicula diſpoſuit.

Sub vitem haſtas iacere dicebatur veles: cũ ſub manũ ſurſum haſtam mittebat. Sub vitem preliari milites dicebãtur cum ſub vinea militari pugnabant. Sub vineam iacere cum adſtãtibus centurionibus ſudes iacere cogebantur.

Subactus a. um. vide in dictione ſubigo.

Subagito as. ſignificat ineo. Plau. Dum ille meretricem ſubagitat: ego quieſco.

Subaquaneus a. um. quod ſub aqua manet vt ſcopul⁹ ſubaquaneus.

Subalaris ⁊ hoc ſubalare: quod ſub alis eſt. Unde ſcribit Lampri. Heliogabalũ ſolitum fuiſſe in accubitis habere plumas ſubalares.

Subcerniculũ farinariũ cribrũ: quod fit e ſetis equorũ quemadmodũ excuſſorium et pollinarium fit e lino. Excuſſoria cribra ſunt quibus furfur ſecernitur. Pollinaria quibus pollen: hoc eſt groſſior puluiſculus farine diuiditur.

Subcinericius a. um. qđ ſub cinere coquitur. Vñ ſubcinericium panẽ legimus.

Subdo ſubdis ſuppono/ ſubijcio. Cato de re ruſtica. Ignem ſubdito: vbi bullabit vinum ignem ſubducito: ⁊ ſubdere ſubiungere. Quintil. His dictis ⁊ alia ſubdidit.

Subditus: qui alicuius imperio ſubiectus eſt: ſubditũ etiã partum dicimus ſuppoſitũ: hoc eſt ſublatum ab ea muliere q̃ peperit: et alteri appoſitũ. Itẽ apud iuriſconſultos ſubditũ teſtamentũ dicit̃: cũ vero teſtamẽto occultato aliud clam fuit appoſitũ. Subditus iudex qui loco mortui datur.

Subditiuus qui ſubditus eſt. Plau. in am. Subditiu⁹ eccum exit foras.

Subdititius ſuppoſititius. vnde a Plauto iupiter dictus eſt ſubdititius Amphitrio. Suet. Non modo verſus cenſoria quadam virgula notare ⁊ libros qui falſo viderent̃ inſcripti tanqꝫ ſubdititios ſummouere familia permiſerint ſibi.

Subdolus penul. cor. occulte decipiens.

Sub dio aliquid eſſe dicimus quod nõ eſt ſub tecto: ſed in nudo et ſub celo. Aliter dicitur ſub Ioue ab eo ꝙ greci iouem τὸν Δία dicunt. Hora. lib. j. car. Vitãqꝫ ſub dio ⁊ trepidus agat: hinc ſubdialia pauimẽta et ſubdiales deambulationes quas Vict. greco vocabulo vocat hypetras.

Subdiale quod ſub dio permanet. i. ſubaere. Pli. Illa

ſuper terrã ex ſubdialibus petris cedit. Nec ex obrutis Subdialia a grecis pmo habita quib⁹ cõgerent domus ex tunſa teſta et pedali craſſitudine ſiſtucata. Terratium nũc appellat.

Subduco is. penul. ꝓ. ſubter duco. Interdũ ſubtraho. Cato. Ignẽ ſubdito: vbi bullabit vinum: ignẽ ſubducito. Sunt eñi contraria ſubdo ⁊ ſubduco. Iuue. Et nos ergo manũ ferule ſubduxim⁹. Interdũ ſurripio. Virg. Et ſuccus pecori ⁊ lac ſubducit agnis. Interdum ſurſum duco/leuo/extollo. Idẽ. Qua ſe ſubducere colles Incipiũt. Hinc ſubducere naues dicim⁹ in terrã trahere ꝙ terra mari altior ſit: ſic econtrario deducere in mare e terra ducere. Idez. Quaſſatam vẽtis liceat ſubducere claſſem. Plau. in caſ. Ibo intro vt ſubducã nauim rurſum in puluinariũ. Interdũ ſubducere cũ hoc noie ratio ſignificat computare calculare. Ci. lentulo. Rationibuſqꝫ ſubductis ſummã feci cogitationũ mearũ. Plau. in cap. Subducã ratiunculã quantillũ argentũ mihi apud trapeçitam ſiet. Et ſubducere eſt furtim ſubtrahere. Idẽ in cur. Propino magnũ poculuz: ille bibit: caput ponit: cũ dormiſcit ego ei ſubduco inanulũ. Salu. Preterea ex gregariis militibus quemqꝫ armatũ in prima acie ſubducit. i. extrahit ⁊ alibi locat.

Subeo is. iui. vel ſubii itũ. ingredior. Ceſar. cõ. j. Qui intra annos quattuordecim tectũ nõ ſubiiſſent. Lac. Siue virtutes inſeras vitia ſua ſponte decedẽt: ſiue vitia eximas virtutes vltro ſubibũt. Paſſiuũ ꝓtulit Iuuena. Quo ſi ſubeunt proſpera caſtra. Et ſubire eſt ſuſcipere aut pati: vt ſubeo periculũ: ſubeo crucem: mortem. Cice. lib. iii. offi. Qui retinendi officii cauſa cruciatus ſubierit vltro. Itẽ ſuccreſcere. Virg. Ne ſubeant herbe: neu puluere victa fatiſcat. Itẽ in memoriã venire. Et modo cũ dtõ: modo cũ actõ cõſtruitur: vt ſubiit mihi. Curtius. Sera penitentia ſubiit regẽ. i. in mentẽ vel in memoriã venit. Itez ſubdere ſupponere. Virg. li. x. Aeneas ſubiit mucronẽ ipmqꝫ morãdo Suſtinuit. Itẽ extolli. Pli. Sed hi rationẽ afferũt ꝙ leuiſſima ſit imbriũ ciſternarũ aqua vt que ſubire potuerit ⁊ pendere in aere. Idẽ. Nec leuitatꝭ in pluuia aqua argumentũ eſt ſubiiſſe eam in celum cum etiã lapides ſubiiſſe appareat. Item ſuccedere. Var. In quarũ locũ ſubierũt inquiline impietas perfidia impudicicia. Itẽ reſpondere ſeu reſiſtere. Cice. in ver. Diuinatiõe poterꝭ ne orationem eius ſubire. Itẽ aggredi. Hier. Nunc deprecor deſideri clariſſime: qr me tantũ opus ſubire feciſti.

Subfibulũ: vide in dictione Fibula.

Subhaſtare: eſt ſub haſta mittere: hoc eſt per auctionẽ vendere. Haſta eñi erat virga ꝗ dabat cũ poteſtas alicui daret de aliqua merce.

Subigo is. penulti. cor. ſignificat cogo. Sal. Ambitio mltos mortales falſos fieri ſubegit. Qñqꝫ ſubigere eſt ſubiicere domare. Idem. Poſtea vero ꝙ in aſia Cyrus in grecia lacedemonii et athenienſes cepere vrbes atqꝫ nationes ſubigere. Qñqꝫ ſummittere: vt ſubige ſub arbore pecus. Qñqꝫ acuere. Virg. li. vii. Pars leues clypeos ⁊ ſpicula lucida tergũt Aruina pingui: ſubigũtqꝫ in cote ſecures. Qñqꝫ attrectare: agitare. Cato. Farinã in mortariũ indito: aquã paulatim addito ſubigitoqꝫ pulchre. Qñqꝫ bene arare: bene colere. Virg. Ante iouẽ nulli ſubigebant arua coloni. Col. lib. ii. Sequit vt tẽpora quoqꝫ ſubigẽdi arui ꝑcipiamus. Cice. per tranſlationẽ lib. ii. de ora. ꝓ exercere poſuit. Subacto mihi ingenio opus eſt: vt agro nõ ſemel arato: ſed nouato ⁊ iterato. Qñqꝫ ſuffodere. Virgꝭ. libro. ii. Geor. Tamẽ hec quoqꝫ ſi quis inſerat aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis. Qñqꝫ ſubagitare. Cic. Gallã ſubigo. Qñqꝫ ſurſum agere. Et tunc a ſus: qꝺ ſignificat ſurſum cõponitur. Virg. lib. j. ge. Nõ aliter ꝙ qui aduerſo vix flumine lembũ remigiis ſubigit. A ſubigo fit aliud cõpoſitũ Proſubigo: de quo ſupra.

Subiicio is. pe. cor. ſuppono. Virgꝭ. Et ramea coſtis ſubiciunt fragmenta. Et illud ſubiicientibus prunas inſultat leuita chriſti. Aliqñ ſubigo. Cice. Tot ſibi populis repẽte ſubiectis. Aliqñ ſurſum iacio. Virg. Et corpora ſaltu ſubiciũt in equos.

Subices penul. cor. dicunt ſubiecti. Ennius. Ergo deũ ſublimis ſubices humidus vnde orit imber ſonitu ſeuo ⁊ ſtrepitu.

Subiecto as. ſepe ſubiicio. Virgꝭ. Nigramqꝫ alte ſubiectat arenam.

Subiacto as. ſepe in altum iacto: quod fit cum in areis frumenta a paleis ſecernunt. Var. His tritis oportet e terra ſubiactari vannis aut vẽtilabris cũ vent⁹ ſpirat lenis. Ita fit vt quod leuiſſimum eſt in ea atqꝫ appellat acus euãnetur foras: ac frumentũ quod eſt ponderoſum purũ veniat.

Subitus a. um. Subeo is. idem qꝺ repentinus. Virg. Tum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus orion. Hinc ſubito aduerbiũ. Har. Nã ſubito collapſa ruit.

Subitarius a. um. repẽtinus: licet qñqꝫ ꝓ extemporali ſumat. Gel. Quid ſibi vellet ſubitaria dictio.

Subitaneus a. um. eo modo dicitur quo ſubitarius: vt ſubitanea mors.

Subitatus a. um. qꝺ eſt ſubito mutatũ. Cyprianus ad corneliũ. Steterunt fortes ⁊ ipſo dolore penitentie facti ad preliũ fortiores vt appareat nuper ſubitatos eſſe ⁊ noue atqꝫ inſuete rei pauore trepidaſſe.

Subinde cũ accentu in antepe. ſignifi. deinde vel ſtaim poſt. Hora. Si recte dicet primũ gaudere ſubinde. Preceptum auriculis hoc inſtillare memento. Liui. Vno alteroqꝫ ſubinde ictu ventrẽ atqꝫ inguina hauſit. Interdũ ſignificat frequenter: ſiue vt ꝓprie dicã identidẽ: hoc eſt crebro cũ quodã interuallo. Suet. Tibe. Leua natura ne in puero qdẽ latuit quã Theodorus Gadareus et proſperiſſe prim⁹ ſagaciter et aſſimilaſſe aptiſſime viſus eſt ſubinde in obiurgãdo appellãs eũ lutũ a ſanguine maceratũ.

Subiugo as. pe. corre. debello ⁊ imperio meo ſubiicio qſi ſub iugo pono. Lact. lib. iii. Totũ hominẽ aliene ditioni ſubiugauerũt.

Subiugalis ſub iugo aſſuetus: et domitus. Vñ pullus ſubiugalis in euãgelio legit.

